ONOMASTICON POETICVM
siue,
PROPRIORVM
QVIBVS IN SVIS MONVMENTIS VSI SVNT VETERES POETAE, BREVIS DESCRIPTIO POETICA, THOMA IACCHAEO CALEDONIO AVTHORE.

EDINBVRGI,
EXCVDEBAT ROBERTVS WALDEgrane, Typographus Regia Maiestatis. 1592.
Cum Privilegio Regali.



MAGNAE SPEI ADOLESCENTI IACOBO HAMILTONIO CLAVDII PASLETENSIS DOMINI FILIO HÆREDITATIS IVRE NATV MAXIMO,

THOMAS IACCHAEVS S. D.

CVM ante annos octodecim erudiendæ juventuti Glaſcuæ navarem operam, *Iacobe* generoſisſime, & veteres Poëtas lectitarē: frequens Locorum, Hominum, Amnium, aliarumq; huiuſmodi rerum occurſus legentem interdum remoratus eſt. Optabā itaque, ut mihi ad manum eſſet libellus ad poëticen conſcriptus, qui brevibus propriorum deſcriptionibus, eo me impedimento liberaret. Quæ res me primùm impulit ut ipſe huic opuſculo manum admoverem. Non pauci quidem magnis editis voluminibus Propria, quorum in ſuis monumentis tàm Poëtæ quàm Hiſtorici meminere, deſcripſerunt. At hîc brevitatis habita ratione, duobus ſæpe verſibus deſcriptionem ſummatim complectimur, qua illi totas paſsim complent paginas. Huc accedit, quod juventutis memoriæ firmiùs hærent quæ carmine, quàm quæ libera conſcribuntur oratione. Cum itaque eò tantùm progreſſus eſſem, ut ſex chartas integras verſibus abſolviſſem, munere ſcholæ me abdicavi. *a.d. v. Kal. Sept.* 1574. Quamobrē nihil minùs mihi tunc temporis in animo fuit, quam in eo opuſculo ulteriùs progredi. Eo ipſo anno, *menſe Nouembri*, non ſine ſingulari numinis providentia, ſuæ gentis decus, & pietatis & eruditionis nomine, *Andreas Melvinus* Glaſcuam venit, qui gymnaſio præeſſet, quem haud dubiè in ſummum ſuæ Eccleſiæ & Reipub. Scoticanæ commodum eò miſerat Deus. Ille, verſibus illis perlectis, me inſtanter urgere non deſtitit,

ut

ut operis frontem ad umbilicum perducerem. Cujus jussis cum obtemperâssem, opusculum tradidi *Georgio Buchanano* ut & perlegeret, & quæ in eo essent immutanda, sua censura corrigeret & immutaret. Cujus amicum in me animum cũ sæpius antè, tum eo pręsertim tempore expertus sum. Rerum enim Scoticarum historiam Sterlini in regijs ædibus diligenter scribentem interpellavi. Tantũ abest, meam interpellationem ægrè tulerit, ut libellum hilariter amplexus, duabus aut tribus paginis sine intermissione perlectis, ac omnibus sui operis chartis, quæ tunc temporis dissolutæ in mensa jacebant, ilico collectis: ego meis, inquit, desistam cœptis, donec quod tu velis, tibi effectum reddam. Id quod accuratè præstitit: & post aliquot dies, quæ immutanda censuit, mihi in libello seorsum, suo chirographo tradidit annotata. Ad *Buchanani* curam accessit & *Andreæ Melvini*, *Roberti Pontani*, & *Hadriani Dammanis* opera, quibus eo nomine me devinctissimum confiteor. Sed ut ad te redeam Nobilissime adolescens, Sic enim te appello, non tam natalium splendorem, quàm virtutis indolem & morum animadvertens integritatem. Hæc enim propriè tua, nobilitas à majoribus est: & quod ait quidam,

Solon.

Pulchrius multò parari quàm creari nobilem:
Verùm,
Et creavit & paravit te Creator nobilem.

Quemcunque autem utraque nobilitate dignatur Deus, de neutra gloriari solet. Ea enim sola censenda est nobilitas quam quisque sua virtute sibi comparavit, quæ in te præ natalium splendore mihi semper prælucere visa est.

Nam genus & proavos & quæ non fecimus ipsi
Vix ea nostra voco: *ait ille.*

Ioannes Grahamus suæ familiæ princeps junior, tui amantissimus, & quem tu parili amore post initam inter vos amicitiam semper prosequutus es, eadem virtute mihi semper insignis videbatur. Morum enim similitudo ad mutuã inter homines conciliandam amicitiã vim habet efficacissimam.

mam. Præter animi comitatem, utrique acceſsit animus planè heroicus ad præclara quæque facinora (quantum fert ætas) capeſſenda. Neque enim ulli majoribus pollent animis, quàm qui facili & miti ſunt indole præditi. Ad tantæ ſpei indolem par acceſsit educatio: Nam cum unà Glaſcuæ in gymnaſio noſtro, literarum ſtudijs navaretis operam: nulli præceptoribus ſuis vobis obſequentiores: nulli in perdiſcendis bonis literis diligentiores. Quin & tenuioris fortunæ adoleſcentes, veſtro exemplo, indies ad ſua munera obeunda alacriores, quaſi calcari addito, incitati ſunt. Neque aſſentationis gratiâ hæc à me dicta exiſtimari velim. Qui me probè nôrunt, nihil minus quã aſſentationis ſuſpicionem in me agnoſcunt. Sed mihi illius Ciceroniani axiomatis in mentem venit, In excitando & in acuendo plurimùm valere, ſi laudes eum, quem cohorteris. Te autem veræ virtutis ſtudioſum, etiam cohortandi cauſâ laudo, ſperans fore, ut tui juris vir cum eris, reſpondeas de te expectationi noſtræ. Multi enim præclaræ indolis adoleſcentes, quibus cum & tanta indole digna acceſſerit educatio, dum vel ad aulam, vel ad patrios fines, relictis gymnaſijs, ſe conferunt, primæ indolis & educationis immemores, ad vitia, quibus vulgus hominum obnoxium eſt, penitus degenerant. Hanc malorum ſentinam pravæ perverſorum hominum ſocietati, & quæ celebrium familiarum perpetua peſtis eſt, adulationi referimus acceptam. Quocircà tibi obnixè huc incumbendum cenſeo, ne vel malorum conſuetudine, vel aſſentatorum blanditijs te à virtutis via, quam huc uſque fœliciter ingreſſus es, abduci patiaris. Quod ſi feceris, non deerunt, qui tibi hanc animi levitatem, vel paternum locum occupanti liberiùs exprobrabunt. At ego in bonam ſpem erigor, fore te nunquam hujuſmodi exprobrationem meriturum. Nec me latet quàm frequenter contingat, ut fucatus amicus aut aſſentator aliquis pro vero & germano amico apud magnates ſe venditet. Hîc igitur ſumma prudentia opus eſt, qua perſonatum amicum à vero & germano diſcernas. Qua de re non pœnitendi laboris eſſet egregium *Plutarchi* opuſculũ perlegere, de diſcrimine adulatoris & amici. At nuſquam integriorem reperies amicum, quàm qui

Deum

Deum ex animo colit, licet tibi nulla sit cognationis propinquitate conjunctus. Ea enim firma & solida demùm est amicitia, quæ inter veræ erga Deum pietatis cultores coalescit. Alij dum consilia sua communicant, non tam tuæ quam suæ utilitatis rationem habebũt, cum Christiana charitas, quæ sua sint, minimè quærat. Imò qui synceræ religionis conscientia Christum verè colunt, tantùm abest ut inter consulendum sui commodi rationem habeant, aut ad gratiam loquantur, ut non solùm sicuti fert natura secundum leges divinas, bona freti conscientia, consilia communicẽt, verùm etiam si secùs, quàm sana consilia dictant, feceris, te tui erroris liberè admonere non dubitent. Neque hîc humani favoris jacturam facere curabunt, adeò ut cum *Paulo* singuli verè dicere possint: *Gal.* 1. *Si hominibus placere studuissem, Christi servus non essem.* Imò certò sibi persuadent, qui corripit hominem, & sui officij liberè admonet, eum plus tandem assequuturum favoris & gratiæ, quàm qui blanda assentatione homines inescare student. Illud autem *Pauli* dictum semper animo tuo hærere velim, pietatem ad omnia utilem esse, ut quæ promissionem habeat tam vitæ præsentis quàm futuræ. Sed quænam, inquis, futuræ vitæ præstantia? Respondeo, eam humani ingenij acumine neque comprehendi neque describi posse, cum longè superet omne rationis & acuminis humani fastigium: quod & Prophetæ & Apostoli testimonio liquet, dum in hæc verba erumpunt: Quę nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in hominis mẽtem venerunt, quæ præparavit Deus ijs, qui ipsum diligunt. Sed hîc brevitati studens, in medio cursu vela contraham. Quoties autem divini sermonis ineffabilem utilitatem mẽte recolo, toties me mei laboris in hoc profano opere suscepti pœnitet. Et certè quod in hoc opusculo scribendo jam factum est, si infectum esset, nunquam illi manum admolirer. At quia quod jam factum est, infectum fieri non possit, amicorum suasu, qui de bonis literis benè meriti sunt, curavi ut opusculum in lucem prodiret: præsertim, cum doctiorum quorundam apud nostrates judicio, studiosæ juventuti, non solùm poëseos, sed etiam historiarum lectioni deditæ, non inutile sit futurum. Hoc autem quicquid est operæ ti-

Gal. 1.10

1. Tim. 4.8

1 Cor. 2.9

bi

bi potiſsimùm, *Iacobe* nobiliſsime dicandum, cenſui: ut vel hinc certò tibi perſuadeas, ex magnatum filijs te mihi neque chariorem, neque jucundiorem eſſe quenquam, neque ullum alium cujuſcunque ſortis aut fortunæ, cujus moribus quàm tuis magis delecter. Nec eſt quod fratrum tuorum indolis te pœniteat, *Iacobi* nimirùm, qui ſuperiori anno manumiſſus præceptorum ferulæ manum ſubduxerit: *Ioannis* item & *Claudii*, quorum moribus non minùs delector quàm tuis. Vtinam tantæ indoli ſyncerus Dei cultus & amor accedãt. Sed verto me pauliſper ad Lectorem, à quo hîc poëticæ orationis ſublimitatem expectari nolo. Neque enim id ſubjecta patitur materia. Continet enim hoc *Onomaſticon* breves duntaxat nominum deſcriptiones, quæ quàm breviſsimo verborum ambitu ea explicant quæ deſcribuntur. In quibuſdam tamen latiùs ſpatiati ſumus, ubi ſtylum ad rem ſubjectam attemperatum animadvertet prudens lector, præſertim in illuſtrium Virorum & Regionum deſcriptionibus Vbicunque autem Locorum aut illuſtrium Hominum nomina, ab ipſis Poëtis deſcripta comperi, Poëtarum deſcriptionibus acquievi, qui ea multò fœliciùs quàm ego potui, deſcripſerunt. Neq; hîc omnia quæ à Poëtis omnino commemorantur, deſcripſimus: Sic enim immodicam in molé excreſceret opus. Sed ex his quæ ad hiſtoriam aut fabulam poëticam attinent, pauca aut penitùs nulla prætermiſſa arbitror. Quin & quadringentas hic reperiet propriorum deſcriptiones lector, quæ in alijs lexicis reperire nequiverim. Sed vereor, mi *Iacobe*, ne epiſtolæ modum exceſſerim. Opus autem nunc ſub prælo *Walde-graveana* fervet, quod circiter *Kalendas Auguſti* in tuas manus advolaturum ſpero. Vale. Et *Gabrielem Maxvellum* nepotem meum, qui mihi unici filij loco eſt, ingraveſcente hac noſtra ætate, tuo commendo patrocinio. Ex *Sylva*, vulgò dicta, *Orientali*. Septimo Kalendas Auguſti. 1592.

Admonitio ad lectorem

HADR. DAMMAN A BISTERVELT THOMÆ IACCHÆO. S. D.

OPus tuum, ut volebas, Thoma doctiſsime, perlegi. dignum ſane iudico, quod in manus publicè veniat literarum ſtudioſis. Cæperam initio paucula quædam annotare: cuius rei ſpecimen in libro tuo reperies: non quòd magnoperè ea, aut hæc talia immutari putem oportere. ſed ſi fortean ad te ipſe provocare velles, iudicium de quibuſdam poſsis capere melius. ignoſce libertati meæ, & crede, quod dico iterũ, opus illud tuum digniſsimum eſſe, quod ad rei literariæ prodeat utilitatem. Si aliud eſt, mi Iacchæe, in quo mea opera uti frui voles, me pro ingenij modulo paratiſsimum comperies fore. Vale. Edinburgi veſtra IIX. Kal. Sept. CIↃ. IↃ. XCII.

FINIS.

AD STVDIOSAM IVVENTVTEM Robertus Rollocus.

QVOD in libris veterum legenti maximè
Occurrit arduum (quid eſt enim arduum,
Si non id omne quod vocamus proprium
Nomen?) tamen id omne ſimul & ſemel tibi,
Puer, dedit præceptor ille olim meus
Iaccheus: & quidem vel aliquid luminis
Iſtis tenebris, in quibus nati ſumus
Afficere magnum, ſive mentem lucida
Rerum explicatione, ſive memoriam
Compendio breui nuves & ordine:
En quod requirat mens, petatque memoria
In his tabellis! ſe, & iis dehinc utere.

FINIS.

ONOMASTICON
POETICVM.

Quos priſci qui homines, quę mõſtra hominũq; Deûmque,
Quas Vrbes, quæ Regna, quibus retulêre Poëtæ
Gentibus & Populis; Montes cum Vallibus imis:
Fonteſq;, Fluvioſq;, Lacus, Stagna atque Paludes
Et Maria, & Terras omnes prompto ordine paucis
Muſa refer: Tu Muſâm audi Phœbæa juventus.

A B

Abaris. *Caucaſeus vates Abaris ventura profatur.* Ovid, 5, met.

Abas *Argivum bis ſextus Abas rex, Martis in armis* Vergil. 3, æn.
Acer, Hypermneſtra Lynceoq; parentibus ortus: Ovid, Epiſ.

Abantiadæ *Hinc & Abantiadûm ſeries dat iura Pelaſgis.*

Abas *Ex nube Ixion Centaurum gignit Abantem.* Ovid. 12 met

Abas *Aeneas comitem quo nomine clarus habebat.* Verg, 1, æn

Abatos *Aegypti ad fines Abatos iacet inſula dives:* Luc. 10
Quam circum armauit limo natura tenaci.

Abdera *Armiferæ Thraces quondam vrbs Abdêra celebris.* Ovid in Ib

Abella *Vrbem maliferam Campania iactat Abellam.* Vergil. 7, æn

Abyla & Calpe columnæ Herculis. *Mons Calpe Europam, Libyen ſed Abyla coercet,* Sil. 4.
Oppoſiti: Herculeæ dicuntur vtrique columnæ.

Abſyrtus *Abſyrtus regis Colchorum filius Oetæ:* Ouid 3 triſ.

Abſyrtus *Hunc Medea ſoror membratim diſcidit atrox.* Sen, in med.

Abſyrtus flu. *Illyrici Adriacas fert ſeſe Abſyrtus in undas.* Luc, 3.

Abydos *Vrbem Aſiæ oſtriferam coluit Leander Abydon.* Ovid in Ep.

A. C.

Acanthus	*Regius in florem puer eſt converſus Acanthus.*	Ver. 2, geor. Ovid. 8. met
Acaſtus	*Principe Theſſaliæ Pelia generatur Acaſtus:* *Quem Peleus, turpi cum coniuge, iure trucidat.*	
Acca.	*Acca fuit ſcortum, fuit & comes Acca Camillæ.*	Verg. 11. æn
Actius	*Actius in tragica deſævijt arte Poëta.*	Ouid. Triſ.
Acerræ	*Vrbem Campanam Clanius vi vaſtat Acerras.*	Verg. 2, geor
Aceſtes	*Trinacriæ princeps, Teucrorum fautor, Aceſtes.*	Ver. 1, æn. Ver. 5. æn,
Aceſta	*Condidit hic vrbem permiſſo nomine Aceſtam.*	Sil. 14
Achæmenes	*Perſarum gentem vis rexit Achæmenis olim.* *Vnde ad Darium ſeries fluit ordine regum.*	Hor. 2, Car.
Achæmenij	*Hinc & Achæmenios Perſas, Lucane, ferebas.*	Luc. 2,
Achæmenides	*Fertur Achæmenides comes infœlicis Vliſſei: hunc* *Suſcipit AEneas Adamaſto patre creatum.*	Verg. 3, æn.
Achaia	*Ionio AEgæoque ambitur Achaïa ponto,* *Pars Peloponneſi, gelidam quà tendit in Arctos.*	Ouid. Ep. Verg. 1. æn
Achates	*Adfuit in dubijs Æneæ rebus Achates.*	
Achelous	*AEtolum princeps Achelous, ab Hercule victus:*	Ovid. 9. met. Verg. 1 geo.
Acheloid.	*Rex fluvio nomen dedit: hinc Acheloides vndæ.*	
Acheron flu. infer.	*Te parit, alma Ceres, Acheron ſine patre, relatum* *Tartareum in flumen, quo nomine plurima cernes*	Ver. 6. æn. Ver. 7. æn.
Achetus flu.	*Flumina iam dici, vatum monimenta terendo.*	Flac. 4,
Achillas Regis Ægypti præfectus ab Arſinoe Ptolemæi ſorore interceptus.	*Trinacriæ fines, lymphis rigat amnis Achetus.* *Præfuit Ingrati Ptolemæi rebus Achillas:* *Pompeium dira profugum qui cæde peremit:* *Hunc ſoror Arſinoë ferro Ptolemeïa ſternit.*	Sil. 14. Luc. 8. Luc. 8. Luc, 10,
Achilles	*At Thetide & Peleo ſatus eſt animoſus Achilles,* *Graiorum ille ducum fortiſſimus: Hectora cæſum* *Iliacas circum ter qui raptaverat arces:* *Quod fratri illatum facinus Paris, arte, rependit.*	Ver. 2, æn, Ovid. 1, Art, ver. 6. æne,

Lucano

Achoreus — *Lucano Pharius gravitate probatur Achoreus.* — Luc,8,

Acidalia Venus ab Acidalia fonte Bœotiæ dicta, Acis — *Fontis Acidalij Veneri est de nomine nomen.* — Ver.1, æn,
Pulcher Acis Fauno Nymphâque Simethide cretus: — Ovid,13 met
Vertitur in Siculum fluvium, à Cyclope peremptus.

Acetes — *Armiger Evandri (verùm alter pauper) Acetes.* — verg. 11, æn

Aconteus — *Strage feras magna sternit venator Aconteus.* — Sil,16,

Acontius. — *Ex Cæa deamas Cydippen acer Aconti:* — Ovid. Epist
Literulis malo insculptis quam fallere gandes.

Acra — *Mons Siculus tumulis horret glacialibus Acra.* — Sil,14,

Acrisius — *Argivum Acrisius rex est prognatus Abante.* — verg. 7, æn,

Acroceraunia — *Hadriæ & Ionio dant Acroceraunia montes* — Horat 1 Car.
Intervalla mari, nubes qui vertice tangunt.

Acron — *Obtruncat regem Ceninum Acrona Quirinus.* — Prop, lib. 4

Actæon filius Aristæi & Antinoes in cervum — *Natus Aristæo vidit sine veste Dianam* — Ovid Trist,
Actæon, niveum puro dum fonte lavaret
Corpus: vivacis cerui tulit inde figuram. — Ovid,3,met
Atq; canes dominum discerpere dentibus audent.
At ne fortè canum serie tardere futura
Nominibus, referent eadem tua carmina Naso:
Gnossius Ichnobates, Spartana gente Melampus.
Pamphagus & Dorceus & Oribasus, Arcades omnes,
Nebrophonosq; valens, & trux cum Lælape Theron.
Et pedibus Pterelas & naribus utilis Agre,
Hylæusq; ferox nuper percussus ab apro,
Deq; Lupo concepta Nape, pecudesq; secuta
Pœmanis: & natis comitata Harpyia duobus.
Et substructa gerens Ciconius ilia Ladon,
Et Dromus & Canache, Stictleq; & Tygris & Alce,
Et niveis Leucon & villis Asbolus atris.
Prævalidusq; Lacon, & cursu fortis Aëlle,

Et Thous & Cyprio velox cum fratre Lyciſca.
Harpalus & Melaneus, hirſutaque corpore Lachne
Labros & Agriodos & acutæ vocis Hylactor.

Actæon *Gnoſſiaco Actæon prognatus rege Meliſſo hunc*
Bacchiadæ lacerant Bacchi dum ſacra celebrant

Actæi *Nocte Corinthæi: pelluntur at inde Corintho.*

Actium vrbs Epiri *Actæum dices quicunq; eſt natus Athenis.* Ovid 1. met

Actium promontorium vbi Auguſtus nauali bello Antonium & Cleopatram ſuperavit *Actia ab Epiri Maro littora protulit vrbe.* Verg, 3, æn.
Actium, vbi æquoreus mons proſtat: Cæſaris illic Verg. 8. æn,
Auguſti tremuit vecors Antonius arma. Ovid, met 13
Indetibi Actiacos ludos dat Cæſar, Apollo.

Actor *Hectoris Actor erat conſors: Auruncus & alter.* Verg. æn. 12

A. D.

Adamaſtor *Sevijt ille gigas atrox Adamaſtor in armis.* Claud.

Addua *Addua præruptis diffunditur Alpibus amnis.* Claud, in 6. cont. Hono.

Adherbal. *Natus Adherbal erat Numidum de rege Micipſa:*
Quem cum fratre necat, regnandi ardore, Iugurtha. Claud.

Adamanthus *Rexit Adamanthus Phileſia ſceptra, Tonantis*
Numina dum ſpernit, cecidit Iouis ignibus ictus. Ovid, 1b;

Admeti Theſſaliæ Rex. *Cynthius Admeti vaccas paviſſe Pheræas*
Fertur: Theſſalicis Admetus præfuit oris. Ovid, 2, art
Ovid Triſ, 5

Adonis *Paſtori pulchro lachrymæ penduntur Adoni.* Verg. in Buc

Adonis Cinyræ reg f. *Vertitur in florem Cinyra prognatus Adonis,*
Deliciæ Veneris, ſævo percuſſus ab apro. Ovi, 10, met

Adraſtus *Argivum princeps, Thalaone cretus, Adraſtus* Verg, æn, 6,
Thebanis, generi cauſa fera prælia movit. Stat, in theb

Adria ſiue mare Adriaticum *Adriacum Auſoniæ partes mare lavit Æoas,* Luc. 2. & 5
Atque tuos ſeſe protendit ad Iſtria fines.

Adriavrbs *Adria vina ferens, vrbs hinc contermina Ponto.* Luc. 2. Sil. 8.

Africa

Adyrmachidæ	*Africa Adyrmachidas, Memphim quà ſpectat, alebat*	Sil. 3.

A. E.

Æacides	*Æacides ab avo fertur violentus Achilles.*	Ver. æn. 2
Æacus	*Et Ioue & Ægina cretus quondam Æacus, infert*	Ovid. met. 7
	Tartareis animus meritas pro crimine pœnas.	Ouid. Ib.
Æa inſula	*Clauditur Æa mari Tyrrheno: Æaáq; Circe*	val. flac 6.
Ææa	*Dicitur, in porcos comites quæ vertit Vlyſſei.*	ver. 3. æn.
Æas fl. Macedoniæ	*Leniter Æmathiæ per campos defluit Æas.*	Luc 5.
Ædon	*Finibus Æmathiæ Thracum mons iungitur Ædon.*	Hor. 2, Car, Luc. 3.
Ægæ	*Vrbem Ægas Cilices quondam tenuere vetuſti.*	
Æetes Solis & Perſæ filius.	*Æetes Colchos rexit: genitore creata*	Ovid. 7. Met/
	Quo Medea fuit: quæ dicta Æetias inde.	
Æetias	*In Iouis alta ferox conſurgit numina, Phœbo*	verg. æn. 10.
Ægæon	*Ægæon cretus, centum cui brachia monſtro.*	
Ægæum mare	*Europam atq; Aſiam Ægæum diſterminat æquor.*	Luc. 2.
Ægeria,	*Sponſa Numæ Ægeria eſt, infontem verſa dolore.*	Ovi, Met. 15
Ægeus	*AEgeus regnavit, Neptuno cretus, Athenis:*	verg. 7. æn,
	Se profugæ thalami Medeæ fœdere iungit.	Ovid. met, 7
Ægides	*Theſeus AEgides à Patris nomine fertur.*	
Ægina	*AEgina AEſopi Bœotum filia Regis:*	Ovid. 7. met
	Æacus ex illa iuſtus, Ioue patre, creatur.	
Ægina, inſula.	*Hinc contra Actæum littus, trahit inſula nomen.*	Ovid 7. met.
Ægis	*AEgide munita eſt haſtaq; tremente Minerua.*	Ovid. 4. Met
Ægiſthus	*AEgiſthum peperit tibi turpis nata Thyeſtes:*	Ovid. 2. de rem.
	Quem locat in ſyluis, mater Pelopæa vorandum:	Sene. trag. 8
	Hunc patris ob cædem, meritò proſternit Oreſtes.	Ovid de Re.
Ægle	*Heſpri nata fuit Latiorum principis AEgle.*	Verg. Eclog 6.
Ægle	*AEgle Naïadum pulcherrima, Sole creata.*	verg. Buc.
Ægoceros	*In cælum AEgoceros ſublatus fit Capricornus.*	Luc. 9.

Ægon	*AEgon Vergilij paſtor, mons Lemnius Ægon.*	ver, 2uc,
Ægyptus	*Ægyptum Belus fœcundum prole, creavit:*	Ovi. in Epiſ
	Hic decies genuit quinos de coniuge natos,	
	Queis Danai totidem natæ nupſere maritis:	
	Per quas, fratre ſatos iugulandos ipſe procurat.	
	Parcit Hypermneſtra, duntaxat fida, marito.	Ovid, Epiſt,
Ægyptus	*Hinc Aſiæ regio ſeptem non viſa Trioni:*	Plin, ca, 70, lib. 2,
	Quæ Libycis etiam partem deſumit ab oris,	
	Quam ſeptemgeminus fœcundat gurgite Nilus,	ver 4, Geor,
	Et triquetram reddit ſinuoſo tramite formam:	Luc, 8,
	Quà primum Oceani Phœbus ſe tollit ab undis,	
	Aſſyriæ rubroq; mari, quà veſpere tendit,	
	Cyrenæ Libycæ iuncta eſt: quà proſpicit Arcton,	
	Finibus hæc Arabum contermina & Amphitrite:	
	At cœli medios Sol quà ſe tollit in orbes,	
	Æthiopum ſpectat fines urbemque Cyenen.	
Æmonia	*Æmonia eſt eadem regio quæ Theſſala fertur.*	Ovid, 5, feſt,
AEmoniæ artes	*Æmonias Naſo magicas hinc nominat artes.*	Ovid, 2, rem
AEmus	*Thraces mons dirimit Myſorum a finibus Æmus.*	Luc, 4,
AEnaria	*Iuſula flagrabat Campana Ænaria flammis.*	ver 2t,
AEneas	*Dardanio Anchiſæ genuit Simoentis ad undam*	ver. 1, æn,
	Alma pium Venus AEneam, belloq; potentem:	
	Quem Maro bis ſenis celebravit carmine libris.	
	Huius ab auſpicijs Romanæ gloria gentis.	
AEneas Sylvius	*Sylvius AEneas, ab avo ſic dictus, Iuli*	ver. 6, æn
	Filius, Albani ſic reges inde feruntur.	ovid, 4, faſ,
AEneades	*Vrbs Thracum Æneades Æneæ a nomine nomen.*	ver, 3, æn,
AEniochi	*In Ponto, AEniochi rapto vixere, Latrones.*	Luc, 2,
AEolia	*AEoliæ ventos luctantes continet antrum:*	ver, 1, æn,
	Hæc ſeptem geminas Siculo tenet æquore, terras.	

Dici.

AEolides	*Dicitur AEolides, ab avo, facundus Vlisses.*	Ver 6. æn.
AEolides	*A Ere ciere viros instructior alter ad arma.*	ver. 5. æn.
AEolus	*AEole nate Iovis moderaris, numine, ventos.*	ver. 1. æn.
AEpy	*In Peloponneso urbs longævi Nestoris AEpy.*	Sta 6.
Æpytides	*Erudit AEpytides generosum doctus Iulum.*	verg. 5. æn.
AEquicolæ.	*Gens colit Ausoniæ terras AEquicola aratro.*	verg. 7. æn
AErope vide Thyestes	*Aërope coniux Atreï: Levir hancce Thyestes*	Ovid. 2. Tris.
	Polluit incæstu, natos qua prebet edendos	Ovi. 15. met
	Atreus germano: fœda hæc spectacula Phœbus	
	Indignatus, equos retro convertit habenis.	Sene. trag. 3
AEsacus in mergum.	*AEsacon umbrosa Priamo peperisse sub Ida*	
	Fertur Alyxothoe, gracili conata bicorni:	Ovi. 11. met
	Quam dolor vrgebat sese committere ponto:	
	AEquor amat nomenq; tenet quia mergitur illo.	
AEsarus.	*AEsarus in Calabris fluvius delabitur oris.*	Ovi. 14. met
AEschylus	*AEschylus in tragica Flacco, gravitate, probatur.*	Horat. in arte
AEsculapius	*Phœbo cretus erat medicis AEsclepius olim*	Ovi. 15. met
	Numen: Inlæi specie coluere draconis.	ver. 1. æn.
AEsis vmbriæ, fl.	*Amnis in Adriacas Æsis fluit Italus undas.*	Sil. 8.
AEson	*Est Peliæ frater, Cretheo qui gignitur, AEson.*	Ovid. 7. met
AEsonides	*Dicitur Æsonides, a nomine patris, Iason.*	Ovid. Epist
AEsquiliæ	*Gaudent Æsquilijs Romano monte Quirites.*	Horat. 1. Ser
AEthiopes	*Æthiopes populi vicino sole nigrescunt:*	Luc. 1.
AEthiopia	*Torrida quos Libyæ tenuit plaga, plena ferarum:*	Luc. 3.
	Quæ Nilo alluitur, Boreas quà flatibus, urget.	
AEthon	*Solis æqui Pyroisq; Phlegonq; & Eous & Æthon.*	Ovid. 2. met
AEthra	*Oceano AEthra sata est, Atlantis candida coniunx.*	
AEthra	*Proles AEthra fuit Pitheï, quæ Thesea gignit.*	Ovid. Epist.
AEtna	*Sulphureos Siculus mons è penetralibus ignes*	ver. in æt.
	AEtna vomit, tollitque globos & sidera lambit:	ver. 3. æn.

Interdumq; atram prorumpit ad AEthera nubem Claud. de Rapt, Ovi. 15. met
Turbine fumantem piceo, & candente favilla
Interdum scopulos avulsaq; viscera montis.
Erigit eructans, liquefactaque saxa sub auras
Cum gemitu glomerat, fundoq; exæstuat imo.
Vatibus hic stravit sacro Deus igne gigantas. Luc. 1. Ovid. 3. Am

Ætolia *Graia plaga est Locris vicina AEtolia: nomen* Ver. 3. æn.
Præbuit AEtolus regioni Martia proles.

A. F.

Afranius *Te decet, Afrani, comœdia casta diserte.* Hor. in arte
Afranius *Sterneris Afrani Pompeij partibus hærens.* Luc. 4.

Africa *Africa totius pars orbis tertia, sese* verg. 4. æn.
Finibus è Pharijs ad Gades mittit utrasq;, Sil. 3.
Hæc Nilo alluitur, quà sol caput exerit undis:
Ponto Atlantiaco, Sol quà se condit in vndas: Luc. 4.
Oceano australi, quà curtas efficit vmbras: Sili. 1.
Sed Libyco alluitur tellus quà prospicit Arcton.

Africus *Africus hac spirat creber regione procellis.* verg. 1. æn.

A G

Agamemnon *Aërope atque Atreus genuêre Agamemnona regem* Ouid, Epist.
Magnanimum, Argivis qui rex fuit atq; Mycanis
Dux Marte Iliaco, Graijs flagrante, creatur:
Quem reducem AEgisthus sternit crudelis adulter, Senec. in Agam
Arte Clytemnestræ, scelus hoc est ultus Orestes.

Aganippe *Doricus est musis sacratus fons Aganippe.* Ovid, 6. fast.
Agathocles *Trinacriam fama est rexisse Agathoclea fortem, hic* Sil. 14.
Fictilibus mensam vasis onerare solebat, Auson. Epigram. 8
Ipse satus figulo, cui virtus auxit honores.

Trina-

Agathyrna. *Trinacrias, Agathyrna, inter numerabitur urbes.* Sil.14.

Agathyrsi *Vergilio, picti Scythica de gente, Agathyrsi.* ver.4.æn

Agave *Progenies Cadmi, Phœnicum regis, Agave,* Luc.7.
Penthea se genitum laniat, commota furore. Luc.1.

Agenor *Belo patre satus, Didonis frater Agenor.* ver.1.æn.

Agis *Vergilio, Lycius Lacedæmona rexerat Agis.* ver.10.æn

Aglauros *Cecrope prognata est doctas qui rexit Athenas*
Aglauros, lapis illa rigens post fata remansit. Ovid.2.Met

Agonius *Festa dabant Romæ tibi, rerum præses, Agoni.* Ovi. 1. fas.

Agragas *Vrbs Sicula est Agragas: Agragas mons prominet illic.* Verg. 5. æn.

Agrippa *Sextum Pompeium ponto Attica bella gerentem* Ver.8.æn.
Augusti gener agmen agens Agrippa subegit.

Agyleus *Phœbo Cecropio fuit olim nomen Agyleus.* Hor.4. Car

Agylla *Vrbis Agyllinæ campis Hetruria gaudet.* verg.8.æn.

Agyrtes *Occidit, occiso genitore, insanus Agyrtes.* Sil.8. Ovid.5.Met

A I

Aiax *Inter Graiugenas, Telamonis filius Aiax* Ovid.13 met
Pelide dempto fortissimus, ense peremit Ovi.3 de art
Sese, prælatum sibi cum doluisset Vlyssem. 13.met

Ajax *Alter, Cassandram compressit, natus Oïleo.* Verg.1.æn.
Vindicat id facinus, vibrato fulmine, Pallas. ver.1.æn.

A L

Alabanda *Carum Mæandro fuit vrbs Alabanda propinqua.* Stat. theb 7

Alachmon. *Bœotum fines Lymphis rigat amnis Alachmon.* Ver.æn.7

Alæsus *Præbet opem Rutulis, Agamemnone natus, Alæsus.* Stat.7 Theb

Alani *A Scythiæ fluvio populi dicuntur Alani.* Luc.8.

Alastor *Plutoni sonipes Stygio signatus Alastor.* Claud.de Rapt.
Hic atq; Orpheüs, Nicteusque, Æthonq; sodales,
Cum Domino raptum diuam venere triformam. verg.1.geor

Alazon	*Eoam Scythiæ partem lavat amnis Alazon.*	Flac, 1
Alba	*In Latio Ascanius, magna vi, condidit Albam.*	ver, 1. æn.
Albania	*Eois regio fœlix Albania in oris:*	
	Montibus Armenia hanc, & Caucasus armat utrinq;:	
Albani	*Albanos tulit hæc, insignes crinibus albis.*	
Albanus	*Haud procul à Roma est Albanus mons q; lacúsque.*	ver, 11, æn,
Albis	*Germanos Albis fines interluit amnis.*	Luc. 2.
Albula	*Ex Apennino decurrens Albula, Tybris*	Ovid 4 Fas,
	Dicitur, in partes Romam qui diuidit æquas.	Ver 9 æn.
Albumen	*Italiæ Albumen nemus ac fons iuxta Anienem.*	ver 6, æn
Alburnus	*Lucanis iuxta Alburnus mons, vertice candet.*	ver, 3, Geor
Alcæus.	*Alcæus Lyrico præpollet carmine vates.*	Ouid, Ep,
Alcandrus	*Sarpedon tibi erat consors Alcandrus in armis.*	Ovid, 13 met
Alcanor	*Æneæ, Alcanor Rutulus prosternitur, ense.*	Ver, 10 æn
Alchatoe	*Graia urbs Alchatoë, Megaræ contermina muris.*	Ovi. 18 met
Alceste.	*Alceste, Admeti, qui Thessala sceptra ferebat*	Iun, saty
Alcidamas	*Coniux, morte sua produxit fata mariti.*	Ovid 5 Trist, Ovid. 7, met
Alcides	*Alcidamam clarum, licuit spectare, palæstra.*	Stat, The. 10
	Herculis Alcides ab avo cognomen habetur.	ver, 6, æn,
Alcimede	*Æsonis Alcimede coniux, tua mater Iason.*	Flac. 1
Alcimedon	*Nobilis Alcimedon calator, pocula format.*	ver, 3. Ecl.
Alcinous	*Phæacum Alcinoüs rex claris notus ab hortis.*	Ver. 1, Geor.
Alcippe	*Alcippe agrestis celebratur fœmina, vati.*	Ver, Ecl. 7
Alcithoe	*Thebana Alcithoë, quòd spreverit orgia Bacchi,*	
	Nocte volat, seroq; tenet de vespere nom 2.	Ovid, 4, met
Alcmæon	*Filius heu matrem necat Alcmæon Eriphylen,*	Ouid 9 met
	Morte patris motus, quem prodidit, Amphiraï.	Iun. sat, 6
Alcmæna Amphitryonis vxor,	*Alcidæ matrem genuisse Electrio fertur*	
	Alcmenam, geminos parit illa Iovi, atq; marito.	ver Ecl, 5,
Alcon	*Alcon Cretensis mira iacit arte sagittas*	
	Neptuno nata est, Ceycis candida coniux,	Ovid, 11. met

Alcyone.

Alcyone *Alcyone, periit dum Ceyx naufragus undis,*
In mare præcipitem dat ſeſe, avis inde marina eſt. Ovid, 4. faſ.

Alcyone *Pleiades Alcyone gaudent rutilante ſorore.* Ovid, Ib.

Alebas *Enſe perit famuli rex Lariſſæus Alebas.* Claud. de rapt.

Alecto *Tiſiphone Alecto furiæ ſunt atq; Megæra.* Glaud de Conſ. hon. 4 ver 1, an,

Alemanni *Qui nunc Germani, veteres dixere Alemannos.* Luc, 9 Ovid Triſt, 1

Alethes *Vergilio Troianus erat grandævus Alethes.* Luc. 10

Alexãder *Magnanimo Macedûm prognatus rege Philippo eſt* Iuvenal
Magnus Alexander, prædo inſatiabilis orbis:
Vi rapit imperium, nulloque hærede relicto,
Mundi avidis linquit miſeras prædonibus vrbes:
Dum miſer ipſe perit diro, Babylone, veneno. Luc. 10

Alæſus *Vrbs Hetruſca fuit, Pyrgis contermina, Alæſus.* Sil, 8,

Alexandria *Ad Nilum Phariam Macedûm rex condidit urbem,* Prop. 3
Atq; urbi ipſe ſuo finxit, de nomine, nomen. Auſo. de cla. vrb,

Alexis *Pollio Vergilio pulchrum donavit Alexim.* verg. in Buc,

Algidus *Haud procul à Roma diſtat mons Algidus urbe.* Hor, Car, 2

Alifanus *Vrbs Campana olim, ſacra Alifanus Iaccho,* sil, 12

Allia *Ingreditur præceps Tyberinos Allia fluctus:* Luc, 7
Quem iuxta Galli ſuperârunt Marte Quirites, ver. 7. æn.
Magnanimo Cenonum Brenno moderante phalanges:

Allia *Hinc damnata diu Romanis Allia faſtis.* Luc, 2

Aliphe *Inter Campanas, Aliphe inſcribitur vrbes.* sil, 8

Allobroges. *Gallorum, Allobroges, Rhodano de flumine potant.* Hor, in Epo.

Almo *Natorum Tyrrhei paſtorum maximus Almo.* Ver. 7 æn,

Almo fl. *Almo Romuleam ſtrepitu perlabitur urbem:* Claud,
Eſt locus in Tiberim quà hic lubricus influit amnis. Clau. 6 hon. Conſ,

Aloeus *Titanis proles immanis fertur Aloeus:* Luc 6
Cuius ſponſa parit Neptuno Oetum ac Ephialten,

Aloidæ *Quos & Aloïdas, matris de coniuge, dicunt.* Ver. 6, æn,

Alpes *Germanos Italis dirimunt à finibus Alpes,* Luc 1

Italiam à Gallis: dictæ à candore Nivali: Ver,3 Geor
Ver vbi nullum usquam, nulliq; æstatis honores. Sil,3.

Alpheias *In fontis liquidas versa est Alpheias vndas.* ovid, 5,met

Arethusa in font. *Dilecta Alpheo, quæ post Arethusa feretur.*

Alphenus *Alphenus subtilis erat tibi sutor Horati.* Hor,1,Ser

Alphesibœa *Vxore Alcmæon potitur pulchra Alphesibœa.* Ovi.1.de re.
Phlegei fiu. filia

alphesibœus *Alphesibœus item pastor tibi Vergilianus.* Ver.Ecl,5
Alpheus fiu. *Alpheum fama est, Pisam iuxta, Elidis amnem* verg 3.æn.
Occultas egisse vias subter mare, qui nunc Stat Theb,1
Ore, Arethusa, tuo Siculis confunditur undis.

Alpinus *Pessimus Alpinus, cecinit qui Memnona, vates.* Verg.æn.10
Alsium *Thuscorum quondam coluit gens Alsion urbem.* Sil.8.

Althæa *Thestius Altheæ pater est, Oneusque maritus:* Ovid,8,met.
Quæ nati didicit, Meleagri ex stipite, fata:
Fratribus occisis & nato, se ipsa peremit.

Alyactes *Progenuit Cræsum Lydorum rex Alyactes.* Hor 3 Car

Alyxothoe *Æsacon umbrosa Priamo peperisse sub Ida* Ovi, Met.13
Fertur Alyxothoë, gracili conata bicorni.

A M

Amalthæa *Gignit Amaltheam princeps tibi, Creta, Melissus:*
Illa sororq; Iovem, caprino lacte, cibarunt.
Altera fatidico canit, ore, futura, Sibylle. Tibul

Amanus *Cappadocum mons est, pars Tauri montis, Amanus:* Luc.3.
Hic mons à Syriis Cilicum disterminat oras.

Amaracus. *Rege satus Cypri Cinyra, fit Amaracus herba.* Verg,æn,1,

Amaryllis *Rustica pastori coniux Amaryllis agresti.* verg.Buc.

Amasenus *Volvit Sicanias Italasq; Amasenus arenas.* Ovi,15,met

Amasis *Qui Pharios rexit leges tulit æquus Amasis.* (*Amastris* Luc.9.

Amastris *Paphlagonum viguit quondam urbs celeberrima* ovi.1b,val.fl

Amastrius. *Troius Hippotades bello fuit acer Amastrus.* verg,11.æn.

Rumpis

Amata	*Rumpis Amata gulam tibi coniux dira Latini,*	Ver,12 æn
	Fata æqua Æneæ, Turno contraria, cernens.	
Amathus	*Æquore in Ægæo est Amathus fœcunda metallis.*	Ovi. 10.met
Amathus	*Vrbs Amathus Cypri, Veneri sacrata protervæ.*	Verg 10 æn
Amathusia	*Insula nunc Cyprus dicta est Amathusia quondam.*	Ovi 10.met
Amazones	*Abscissis mammis bellantur Amazones, oras*	
	Quæ Scythicas habitant, nulla ratione maritis	vergil 2 æn
	Coniunctæ: infantes occîdunt ense viriles.	Sene.trag. 1
Ambenus mons	*Ambenus in Scythia, præruptis cautibus, horret.*	Flac 1
Ambracia	*Ambracia Epiri fuit vrbs, tua regia Pyrrhe.*	Luc, 5 sil. 15
Ambubaiæ	*Fœminæ erant Ambubaiæ, potaq́, vagaq́,.*	Hor, ser, 1
Ameria	*Vmbria te quondam tulit vrbs Amerina celebris.*	ver. 1 Geor
Amimon.	*Amimon fluvius Graias perlabitur oras.*	Ovid 2. met
Aminæa iuxta Falernum	*Vrbis Aminææ fert vina celebria tellus.*	ver, 2 Geor
Amiternum Campan.	*Mœnia Campanas retinent Amiterna cohortes.*	ver, 7 æn
Amithaon	*Vate Melampus erat vates Amithaone cretus.*	stat Theb 3
Ammon Iupiter sub arietis forma	*Pro Iove, te Libyci coluerunt corniger Ammon.*	Luc 3
	Est apud Ammonis fanum fons luce diurna	
	Frigidus: at calidus nocturno tempore fertur.	Luc lib 6.
Amphiaraus	*Amphiaraüs erat vasto telluris hiatu*	Stat, Theb 8
	Absorptus vates, Thebana invitus ad arma	
	Coniugis indicio ut rapitur scelerate Eriphyles.	In Sat. 6
Amphilochus	*His satus Amphilochus Graiûm regnator & augur.*	Hor in od
Amphigenia	*Amphigenîa tulit segetes, vrbs Graia, feraces.*	Stat Theb. 4
Amphimedon	*Amphimedon Libycus Cepheï prostratus in aula est.*	Ovid. 5 met
Amphion	*Musicus Amphion cretus Iove, grandia cantu*	Horat. in arte
	Saxa locis movit, Thebanæ conditor arcis.	Sene. trag.
Amphissa	*Locrorum Amphissa est urbs montibus undiq́, septa.*	Luc, 3.
Amphitrite	*Eia Amphitrite celebris, Nereïa proles,*	Ovid 1. met.
	Et maris immensi numen Neptunia coniux.	Clau de rap
Amphitryo	*Amphitryo princeps Thebanus, filius Alcei.*	Verg. 7 æn.

Amphitryoniades	*Amphitryoniades cognomentum Herculis ingens.*	ver.8.æn.
Amphryſus	*Irrigat Æmathios Amphryſus gurgite campos:*	ver,3, Geor
	Armenta hic Phœbus cibat: hinc Amphryſia vates.	ver 6, æn,
Ampicides	*Ampicides Ampixq; viri cecinere futura.*	Ovid 8 &
Ampix		met,12
Amſãctus.	*Eſt locus Italiæ in medio ſub montibus altis,*	verg.7,æn
	Amſancti valles, tetros qui fundit odores.	
Amulius	*Albæ rector eras Numitoris frater Amuli.*	Ovi.14.met
Amyclas	*Conſuluit Cæſar te navita pauper Amycla.*	Luc.5.
Amyclæ urbs Laconiæ	*Tyndarus Oebaliæ Graias moderatur Amyclas*	Ver.3,geor.
	Vrbem: huius quondam Pollux & Caſtor alumni:	Sil. 8 & 15
	Hinc venit Auſoniæ tacitas qui condit Amyclas	Ver, 10 æn
Amycus	*Imperio Bebryces Amycus Neptunia proles*	Ovid,12 met
	Rexit, quem Pollux truculentum iure trucidat.	
Amycus	*Alter erat comes Æneæ, Centaurus & alter.*	Verg.1.æn
		Ovid,5. met
Amydon	*Pæoniæ urbs Amydon Teucrorum partibus hæſit.*	Iun.ſat,3
Amyclæus	*Latrat Amyclæus. Pecudes ſed paſcit Amyntas.*	Verg.2 geo.
Amyntas		
Amymone	*Gignit Amymonen Danaus, de nomine cuius*	Ovid,1 amo
	Fontem petra dedit, Neptuno læſa tridenti.	
Amyntas	*Patre Philippus erat Macedûm rex cretus Amyntas.*	Ovid,2,met
Amyntor	*Qui Dolopes rexit bello ſuperatur Amyntor.*	Ovi.12, met
Amyntor.	*Et ſatus Ægypto (pater haud Phœnicis) Amyntor.*	Ouid,Ep.
Amyros	*Magnetum fines, Amyros perlabitur amnis.*	Flac.1,
Amythaõ.	*Vir magnus bello, Cretheo ſatus eſt Amythaon.*	Ver.3,Geor

A N

Anacreon	*Blande ſenex teneri mollis moderator amoris,*	Hor in epod
	Lactea Pimplæi ſaturant quem flumina fontis,	Ovid,2,art
	Te vates, te dulcis Anacreon uva peremit.	Hor.4,Car
Anactoria	*Vrbis Anactoriæ muros coluere Moloſſi.*	Sil. 15,
Anagnia	*Vrbs erat Auſoniæ prædives Anagnia quondam.*	Vergil.7,æn
Anapis	*Leniter in pontum Siculus decurrit Anapis.*	Ovid, faſt.4.

Pælius

Anaurus *Palius Æmathiæ in campis mons fundit Anaurum.* Luc.6.

Anaxagoras *Sprevit opes terramq́, poli & virtutis amore*
Doctus Anaxagoras, quondam Grynæ urbis alumnus.

Anaxarchus *Sævus Anaxarchum Abderæ sapientis alumnum*
Nicocreon Cyprius pila contrivit in alta. Ovid Ib

Anaxarete Ancæus *Spernit Anaxerete iuvenem: petra inde remansit.* Ovid,4, met
Neptuno satus Ancæus, cadit ictus ab apro,
Ne patera hauriret plena spumantia vina. Sene tra, t

Anchates. *Dux petit Anchates Colchos tibi fidus Iason,* Val flac 6

Anchemolus, *Anchemolus Rhæto natus stuprare novercam* Verg. 10. æn
Ausus, Turno hærens Pallantis sternitur armis.

Anchialus iuxta Apolloniam *Vrbs Thracum Anchialus contermina Apollinis urbi.* Ovid. 1. Trist

Anchises *Phryx Capys Anchisen genuit tibi clare parentem* verg. 2 æn,
Æneа: hunc humeris Troia flagrante tulisti. Ver. 4. æn,

Ancon *Littore in Adriaco Picena urbs flectitur Ancon.* Luc 2

Ancon fl. *Æquor in Euxinum fluvius delabitur Ancon.* Flac. 3

Ancus *Romulëis fines quartus rex Ancus adauget.* Hor. Epist,

Andabatæ. *Andabatæ clausis, populi, gladiantur ocellis.*

Andragaras *Andragaras vitam sperata haud morte, reliquit.* Mar,6

Androgeus *Androgeon Minoë satum livore trucidant* Verg. 6 æn
Cecropidæ: hinc Minotauro septena quotannis
Corpora natorum in pœnas expendere iussi. Ovid, Epist,

Androgeos *Androgeos Danâum pollet dux acer in armis.* Ver. 2 æn

Andromache *Hectoris Andromache Teucrorum vindicis uxor:* Verg. 3. æn
Traditur hæc Pyrrho: hinc Heleno post Teucria fata. Verg. 3, æn

Andromede *Andromede Cepheo prognata est, Cassiopeq́:* Ovi, 12. met
Quæ matris causa est monstris proiecta marinis: proper. 2
Erepta letho potitur qua coniuge Perseus.

Andros *Insula iuncta Samo, prima ex Cycladibus, Andros.* Ovi. 12. met

Anguisia *Pulchra soror Circes Æætæ Anguisia proles:* verg. 7, æn
Hæc primò fertur tactu domuisse venena. Sil. 1

Anigrus	*Fudit Anigrus aquas dulces, nunc fundit amaras,*	Ovid, met 5.
	Nubigenum tabo corruptus Thessalus amnis.	
Anio	*Fert Anio Italiæ fluvius se in Tybridis undas.*	Luc. 1, ver 7 æn
	Rex Anio Hetruscum nomen dare dicitur amni.	Proper 4.
Anius	*Rex Anius Dei prognatus Apolline sacro.*	verg 3. æn.
Anna	*Anna soror Didûs, Belo generata parente.*	verg 4. geor
Hannibal	*Marte diu. Ausonias Pœnus vastaverat oras*	Luc. 2.
	Annibal: hunc tandem superatum Marte fugavit	Sil. 15.
	Scipio Romanus: sese hinc necat, ipse, veneno.	sil. 16
Antæus	*Antæum peperit Neptuno Terra gigantem:*	Ovid 5. Met
	Claviger Alcides Libycis quem stravit arenis.	Luc 4.
Antãdros	*Vrbs Phrygiæ Antandros: vatesq; procacior Anser.*	Ovid. 2. Trist. ver. 3. æn.
Antennæ	*Antennas, urbem Italiæ, colunere Sabini.*	Verg 7 æn
Antenor	*Troïus Antenor Priameias prodidit arces*	ver. 1. æn.
	Vt perhibent: urbem Patavi sedesq; locavit	
	Teucrorum: Venetos qua præterit unda Timavi.	
Anthedon	*Vrbs fuit Anthedon, tulit hanc Bœotica tellus.*	Ovi, 13, met
Antheus	*Antheus Æneæ comes: haud Antenore cretus.*	Verg, 1, æn.
Anthores	*Herculis Anthores consors transfigitur hasta.*	ver, 10, æn
Anticleia.	*Anticleia parit Laërti coniugi Vlyssem.*	
Anticyra	*Cincta mari Anticyra est Oetæo proxima monti*	Ouid 4 pon.
	Insula, quæ hellebori succos fert sola salubres.	Hor. de art.
Antigone	*Antigone, Oedipodis Thebani filia regis*	Sene in oed
	Optima, quæ patrem ducebat lumine cassum.	prop 4
Antigone	*At Priami soror est in avem pulcherrima versa.*	Ovid, 6, met.
Antilochus	*Nestoris Antilochus, superatur ab Hectore, natus.*	Ovid, Epist.
Antimachus	*Antimachus vates obscura poëmata condit.*	Catul
Antimachus	*Phryx Helenæ Antimachus dissuadet adire maritum.*	
Antinous	*Penelopes procus Antinous lascivus honestæ.*	Ovid. Epi. 1.
Antiochia	*Antiochiam urbem Syriæ pertransit Orontes.*	Auson, de cla. urb
Antiochus	*Antiochus Syriæ regionis sceptra ferebat:*	Hor 3 Car

Nomine

Nomine eo varij Syriam rexisse feruntur.

Antiopa *Sponsa Lyci Antiopa est, Thebarum sceptra ferentis.* prop.
Illa Iovi Zethum parit ac Amphiona stupro.

Antipater *Antipater Solymæ moderatur regna, iubente*
Cæsare, qui Herodem fertur genuisse profanum:
Nomine quo, plures veterum monumenta tulerunt.

Antiphates. *Antiphates populos rexit Læstrigonas atros:* Ovi. 14. met
Qui naves miseri submersit sævus Vlyssei.

Antiphates. *At necat Antiphaten Turnus Sarpedone natum.* ver. 9 æn

Antium *Antium erat Latij urbs, fortunæ sacra potenti.* Hor. 1 Car.

Antissa *Per se Antissa olim, Lesbo nunc insula iuncta est.* Ovi. 15. Met

Antonius. *Dira lues Patriæ, Ciceroni Antonius hostis:* ver. 3 æn
Victus ab Augusto mortem sibi protinus infert, Luc. 4.
Et Cleopatra uxor, tunc gesti conscia belli. Ver. 8. æn.

Antonius. *Huius avi eloquio stupefacti sæpe Quirites:*
Cui caput abscissum latatur Bæbius atrox. Luc. 2

Anubis *Prognatus, colitur, latrator, Anubis Osiri.* Verg. 8. æn,

Anxur *Vrbs Latijs Anxur, Nomen Iovis Anxurus alti.* Ver. æn. 7 Hor Sat. 1

Anxurus

Anytus *Atticus est Anytus, divini Socratis hostis.* Hor, Ser, 2 sat. 4

A O

Aonia *Aonia tractu gaudet Bœotica tellus* ovid, 1, met,

Aonides *Montano: Aonides musa hic a fonte vocantur* In sa.

Aornos *Haud procul à Baijs, locus est Campaniæ Aornos:* Verg. 6 æn,
Hic gravis haud patitur fœtor tranare volucres.

A P

Apelles *Pictor ab ingenio Coüs laudatur Apelles.* Ovi, 3 de art

Apenninus *Italiam mediam mons dividit Apenninus.* Luc. 2.

Apennini-colæ *Tyrrhenum Adriacumq; æquor qui spectat utrinq;:*
Apenninicolæ hinc populi sua nomina ducunt. verg. 11. æn.

Sacra

Apesus *Sacra Iovi Theseus Apesunte in monte celebrat.* Stat.

Aphidnæ *Cecropiæ pars est: alijs urbs Attica, Aphidnæ.* Sene. in Hip

Aphrica *Aphrica totius pars orbis tertia, sese* ver. 4, æn
Finibus è Pharijs ad Gades mittit utrasq;:
Hæc Nilo alluitur, quà sol caput exerit undis: Sil, 3
Ponto Atlantiaco, quà Phœbus vespere tendit: Luc. 4.
Oceano Australi quà curtas efficit umbras: Sil, 1,
Sed Libyco alluitur, tellus quà prospicit Arcton.

Aphricus *Aphricus hàc spirat, creber regione, procellis.* ver, 1, æn

Apitius *Lurco vorax claro Romanus Apitius ortu,* In Sat, 11
Fit pauper, laqueumq; sibi trabe nectit ab alta.

Apidanus *Thessalus Apidanus decurrit leniter unda, in* Ovid, 1, met
Peneum, nunquamq; celer nisi mistus Enipeus. Luc, 1,

Apinæ *Sunt Apinæ Tricæq;, haud magni nominis, urbes.* Mar, 13

Apis *Argivum princeps, cretus Iove, corniger Apis:* Ovid, 3 pont
Sub bovis hunc specie Pharij coluere profani.

Apollo *Ægros arte levat medica, Iove natus Apollo:* ver, 6 æn,
Augur, & arcitenens, cytharaq; & carminis author. Ovid, 3, Trist

Aponus *Fumat ad Euganeos colles undamq; Timavi* Luc, 7.
Fons Aponus, lymphisq; levat flagrantibus ægros.

Appius *Appius ut staret Pompeï à partibus Augur,* Luc 5.
Delphica fatidici pandit penetralia Phœbi.

Appius *Nomine, Romulei quo plures sæpe feruntur:* Hor. Ep,
Hinc via sive forum rectè deducitur Appi. Hor, 1, ser

Apulia *Italica Adriaco iuncta est Apulia ponto:* Hor, sat, 5

Appulus *Appulus hac quisquis satus in regione feretur.*

Appulus *Dacorum fines perlabitur Appulus amnis.* Ovid, ad Liviam,

Apsus *Adriacum Æmathiæ fluvius ruit Apsus in æquor.* Luc 5

A Q

Aquarius *Zodiaci signum diffundit Aquarius imbres:* Luc. 1. & ver 1, æn
A Iove qui quondam, Ganymedes, raptus ad Astra. ver 3. Geor.

Æquora

Aquilo *Æquora nulla silent, Aquilone citante procellam, hic* verg 10. æn.
Frigore stringit aquas, & terras grandine pulsat.

Aquileia *Vrbs Aquilëia manet fluvio vicina Timavo* Sil. 8.

Aquinum *Melpha urbem Latij lymphis rigat amnis Aquinum.* Sil. 12

Aquitania *Tertia Gallorum regio est Aquitania dives:* Tib. 2
Oceanum hæc spectat ventus quà littora turbat
Circius, à Zephyro cernens Hispanica regna. Auson. de cla urb

A R

Arabarches *Ex Arabum gregibus vectigal fert Arabarches.* Iust. 3

AEgyptius Arabia *Finibus è Pharijs Solymorum separat oras,* Prop 3
Dives opum regio: hanc Arabes coluere beati: Luc, 3, Verg. 7 æn
Arabes *Hìc binæ æstates, fructum bis parturit annus.* ovid 4, fast.

Arabeia *Inter habet Siculas Arabeiam Silius urbes.* sil. 14

Arachne *Idmone creta gulam laqueo sibi frangit Arachne,* Ouid. 6. met
Pallade quòd victa: hinc quæ texit aranea telas:
Victrici fertur, vel dhuc, invisa Minervæ. ver 4 geor

Aracynthus *Aoniæ urbs fertur, Graius quoq; fons Aracynthus.* Luc. 7.

Arar *Amnis Arar Gallis, Araris quoq; dicitur, ille* ver, Buc
Monte fluens Vogeso Rhodani cadit amnis in undas. Luc. 1 Claud.

Aratus *Astrorum cultor, vates Argivus Aratus.* Ovid am. 1

Araxes *Armeniæ Eoos cursu petit, amnis Araxes.* Luc, 1, sta syl

Arbuscula *Explosa est populo mimos Arbuscula promens* Hor serm 1

Arcadia *Fert Peloponnesus media regione celebrem*
Arcadiam: hæc longè semota est undiq; ponto. Ovid 1. met

Arcades *Arcades hìc soliti agrestes contendere cantu.* verg. Buc.

Arcas *Calisto formosa Iovi parit Arcada natum* verg Gal.
Cum rata Calisto est compressorem esse Dianam.

Arcas *Arcas in æthereum sidus, ferturq; Bootes.* Ovid 2 met

Arcesilas *Arcesilas sophiæ de rebus disputat aptè.* Prop. sat. 3

Arcesius *Laërtæ pater est Arcesius, è Iove natus.* Ovi, 13. met

Archemo.

Archemolus	*Archemolus Latÿ prognatus principe Rhæto.*	Verg
Archemorus	*Archemorus Thracum prognatus rege Lycurgo,*	Sil. 17.
	A colubro occisus, linquit sua nomina fonti.	Stat, Theb
Archidamus	*Telidis, Archidamus rexit Lacedæmona, natus.*	
Archigenes	*Archigenes morbos malè curat, teste Galeno.*	In Sat 7
Archilochus	*Archilochus græcè versu desævit Iambo.*	ovid Ib
Archytas	*Pythagoræ Archytas doctrinam hausisse putatur.*	Hor. 1. Car.
Arctophylax	*Arctophylax Vrsam sequitur, ferturque Bootes.*	
Arctos	*Vrsa duplex latÿs, Graÿs quæ dicitur Arctos:*	Ouid. 4 fas.
	Ortu obituq; suo, ciet altum molibus æquor.	
Arcturus	*Pone sequens Vrsam Arcturus fera stella Bootæ.*	Ver. 1, Geor
Ardea	*Ardea sole calet, latialis regia Turni:*	ver. 7. æn
	Quo cæso exusta est, petit hinc sublime volatu.	Ovi. 1. met 4
Arelas	*Vrbs Arelas quondam Bracchatis hospita Gallis.*	Auson de clar, urb, Hom, 8 odys
Arete	*Alcinoï est Arete Phæacum principis uxor.*	
Arethusa	*Nata olim Nereï consors Arethusa Dianæ.*	Ovid. 5 met
Arethusides	*Alpheum fugiens in fontem versa pavore est*	Sil. 14.
	Trinacrium: dicunt Siculos Arethusidas inde.	Ovi. 4. fas
Aretium	*Tybridis ad fontes, Tuscorum Aretion urbs est.*	Mar 14
Argantho nius	*Belliger Hispanos rex Arganthonius ornat:*	Sil. 3.
	Ter decies denos fertur vixisse Decembres.	
Argia	*Argia Adrasti Danaorum filia regis:*	Sta Theb. 2
Argiui	*Thebani Polynicis erat fidissima coniux.*	
	Græcos, Argivos, Argos, Graios & Achivos,	ver 2
	Argolicosq; Maro Danaos vocat atq; Pelasgos.	ver in. æn
Argo	*Argo navis erat, comites qua vexit Iason,*	val. flac,
	Dum peteret Colchos, Graia comitante iuventa.	
Argos	*Vrbs Graia est Argos, procul haud quæ distat Athenis.*	verg 7. æn,
	Argivum est Argos regio à qua nomine ducunt:	Hor. Car 1
	At quidam perhibent Argo de rege vocatos.	
Argus	*Ius Argus erat, prognatus Aristore, custos:*	Ovid. 1. met

In

In caudam volucris migrant cui lumina centum.

Argus *Mota agnoſcit herum cauda canis Argus Vlyſſem.* Hom,od

Argyripa *Auſoniæ Argyripam Diomedes condidit urbem.* Verg. æn 11

Ariadne *Impoſuit Theſeus Ariadnæ, Bacchus adhæſit* Ovid 1.met.

Minoïs proli: Minoïs & ipſa vocata eſt. Proper 3.

Ariaſmenus. *Incoluit populus Scythicas Ariaſmenus oras.* Flac.6

Aries *Nocti Aries lucem paribus diſterminat horis.* Mar 13

Aretia *Vrbs ornat Latii nemoralis Aretia fines.* Verg 7 æn

Attica. *Sic caſti Hippolyti quondam dicta Attica coniux.* Luc. 3.

Arimaſpus flu. *Caucaſeus volvit fulvas Arimaſpus arenas:* Luc,3.

Ariminum *Hunc Scythici iuxta terras coluere Arimaſpi.* Luc 1.

Arion *Terminat urbs Latii Rubiconis Ariminon undas.* Verg. in Buc

Arisba *Ex Lesbo Lybicus, nec non citharœdus Arion.* Verg 9. æn.

Ariſtæus *Troadis urbs, vires quæ ſenſit Achillis, Arisba.* Ver.4.Geor

Phœbus Ariſtæum, Cyrene matre, creauit

Paſtorem, mellis qui & lactis repperit uſum.

Ariſtarchus *Cenſor Ariſtarchus ſcriptorum fertur Homeri.* Ouid, pont.

Ariſtarchus *Alter Ariſtarchus tragica ampullatur in arte.* Hor. in arte

Ariſtides *Iuſtus Ariſtides virtute ornauit Athenas.* Ovid 1 Triſ,

Ariſtippus *Hauſit Ariſtippus divini Socratis artes:* Hor. Ep

Qui ſophiam primus docuit, mercede recepta.

Ariſtomenes *Cultor Ariſtomenes Aſtræa, rexit Athenas,* Mar

Ariſtoteles *Hauſit Ariſtoteles ſophiam doctore Platone,* In Sat.2

Doctor Alexandri, celebrat quem maximus orbis,

Nicomacho genitore ſatumq; & Theſtide matre.

Arius *Amnis Arius abit qui Parthos inter & Indos.* Luc,3.

Armenia *Caucaſus Armeniæ duplici Tauruſq; coherent:* Luc.2.

Armenii *Hunc Aſiæ Armenii tractum coluere feroces.* Luc,2. Ovid.7.met

Arpi *Arpos Italicam Diomedes condidit urbem.* verg.11 æn

Arpinum *Dicitur Arpinas Arpino natus in urbe* In Sat.8

Arpinas *Et Cicero & Marius, modica de ſtirpe celebres.* Sili, 8.

Sithona

Arne *Sithona Minoï patriam auro prodidit Arne:* Ovid.7.met
Mutata est in avem, quæ nunc quoq; diligit aurum,
Nigra pedes, nigris velata monedula pennis.

Arne *Bœotum fines urbs humida roborat Arne.* sta, Theb.7

Arne *Inter & Italicas, Arne numerabitur urbes.* Sil, 8,

Arria *Arria te laudant, matrona pudica, Quirites.* Mar, 1

Arsacidæ *Arsacidas Parthos à regis nomine dicunt.* Luc 1. & 10

Arsinoe *Niliaca Arsinoë sternendum curat Achillam:* Luc, 10, i
Sola ut regnaret, Pharias regeretq; phalanges.

Arraxata *Armeniæ exornant (clara urbs) Artaxata fines.* Iu sat, 2

Arverni *Gallorum Arverni gens, quondam inimica Latinis.* Luc, 1,
Qui de Troianâ se oriundos stirpe putârunt. Luc. 1,

Arvisia *Æquore in Ægæo mons vina Arvisia promit.* ver, Buc,

Aruns *Aruns Troianus superavit Marte Camillam.* Verg. 11. æn

Aruns. *Thuscus erat vates, venturi præscius, Aruns.* Luc, 1,

A. S.

Ascalaphus Acherontis & Orphnes filius. *Formam habet Ascalaphus bubonis dira canentis:* Ovi, 15. met
Prodiderat si quidem Divæ secreta triformis.

Ascanius *Ascanius proles Æneæ, matre Creüsa:* Verg 1. æn
Dictus Iülus item Romanæ stirpis origo.

Ascanius *Et lacus Ascanius, procul haud qui distat Olympo.* Verg. 3 geo.

Asculum *Vrbe Asclo veteri gaudebat Daunica tellus.* Sil. 7.

Astra. *Astram habet in sterili vicum Bœotia tractu:* Sil, 2,
Dicitur Hesiodus de vico Astræus eodem. Ovid, pont

Asia *Tertia pars Asia est (prisca ut Gens credidit) orbis,* ver, 1. æn.
Quæ tamen Europa Maior, Libyaq; putatur:
Hanc vt ab Europa Tanaïs, sic Nilus ab Afris
Dividit: Oceanus quà curtas efficit umbras,
Et matutinis qua Sol caput exerit undis,

Asia

Quaque Arcton ſpectat, tumida circumalluit unda.

Aſia. *Aſia vaſta palus, fluvio vicina Cayſtro.* Ver. 1, Geor.

Aſilas *Hæſerat Æneæ, Turnum contra, augur Aſilas.* verg. 10, æn

Aſine *Vrbs Aſine Peloponneſi quæ cautibus horret.* Luc. 8,

Aſopus *Aſopus Peloponneſi eſt & Achaicus amnis.* Luc 6.

Aſopus *Aſopus lymphis Bœotum proluit oras:*

Aſopis *Quo Cretam dices Æginam Æſopida, vati:* Ovid, 6, met

Iuppiter hanc vitiat, calidum converſus in ignem:

Aſopus *Hinc ferus Aſopus crudeles concipit iras,*

Bella Iovi indicens, in ſidera conſpuit undas. Sil, 3

Aſpis *Mons Libyci ponti, curvatis turribus, Aſpis:*

Aſpis vrbs *Aſpis urbs Sicanio præcingens littora muro*

Sil. 3

In clypei ſpeciem, curvatis turribus, Aſpis.

Aſſaracus *Tros pater Aſſaracum genuit, qui Pergama rexit:* Ovid, 4, faſ,

Ille Capyn, Capys Anchiſen, quo ſanguine clarus Ver. 4. æn.

Prodiit Æneas, Romanæ ſtirpis origo. ovid 4, faſ.

Aſſyria *Aſſyria eſt Aſiæ regio maioris opimæ,* Luc, 4, 8

Vicina Armeniæ quà conſpicit illa Triones: Tibul 3. 4

Hic curæ eſt ſonipes populis, & fortior arcus. Luc, 8,

Aſta *Iuxta Alpes gaudent Ligures Aſta urbe rebelles.* Claud.

Aſterie *Aſterien natam Titanis Iuppiter ardens,* Ovid. 6, met

Sumpta aquilæ forma furtim ſtupraſſe putatur.

Aſterion *Aſterion Colchos tecum, rate, tendit Iaſon.* Flac. 1,

Aſterion *At fluit Aſterion in Achaica littora flumen.* Stat. 4, Theb

Aſtræus *Aſtræus quondam vir ſervantiſſimus æqui:*

Aſtræa *Hinc quoque Iuſtitia eſt Naſoni Aſtræa vocata.* Ovid. 1. met

Aſtræus *In ſuperos Titan Aſtræus bella movebat,* Ovid

Hic ex Aurora ventos genuiſſe putatur:

Aſtræi *Quos Naſo Aſtræos fratres, à patre, vocavit.*

Aſtreus *Vt vim molitur Perſeo iure occidit Aſtreus,* Ovid, 5. met

Matre Paleſtina, dubio genitore creatus. Ovid, 5. met,

Aſtur

Aſtur	*Aſtur equo fidens Turno adverſatur Hetruſcus.*	ver 10. æn
Aſtur	*Hiſpanus populus currendo eſt impiger Aſtur.*	Luc. 4. Sil. 3.
Aſtyanax.	*Hectoris Aſtyanax natus fuit Andromachéſq;.*	ver. 7, æn
Aſtylus	*Aſtylus in Lapithas Centaurus bella recuſat:*	Ovid, met 12
	Cum Neſſoq; fugit, venturi præſcius, Augur.	
Aſtylus	*Alter Olympiaco velox, certamine, curſor.*	
Aſtypalæa	*Aſtypalæa vadis piſcoſis inſula gaudet.*	Ovid, 2, Art
Aſylas	*Alter erat vates, alter quoq; Teucer, Aſylas.*	ver. 10 & 11 æn.

A. T.

Atabulus.	*Ventus in Italiæ tractu flat Atabulus uſq;.*	Hor Sat. 5
Atalanta	*Virgo Atalanta fuit pernicibus ignea plantis:*	Ovi. 10. met
	Qua tamen Hippomenes ſuperata uxore potitus:	
	Turpia patravit, formam tulit inde Leænæ.	
Atax.	*Gallicus amnis Atax, Tyrrhenum tendit in æquor.*	Luc. 1 Tib 1
Athamas	*Rex Thebis Athamas, ventorum principe natus,*	Ovid. 4 met.
	Se natum perimit, catulum ratus eſſe Leænæ.	Ovid, 6, faſt.
Athamas	*Aſt Athamas Graius, ventre occultatur equino.*	ver, 2 æn
Athamas	*Sic montem Æmoniæ fero, & amnem ligna cremante.*	Ovid. 5 met, Luc 3
Athenæ	*Vrbis Athenarum celebratur Græcia Muſis:*	Ouid 3. ſtri.
	Cecropiam hanc dicunt, à Cecrope rege vocatam.	Luc 3
Atheſis	*Eſt Atheſis fluvius Tridento proximus urbi:*	Ovid. 1 Triſ.
	Qui petit Adriacum, ſinuoſis flexibus, æquor:	ver 9 æn 4 Claud, in 6.
	Dum Xerxis cura, ratibus fit pervius uncis.	cons. Hono.
		Sta Theb. 5
Atina	*Atinam veterem Campania continet urbem.*	Iun Sat, 10
Atlas	*Atlas ſceptra tulit tua, Mauritania, quondam:*	Vergil. 7, æn, verg, 4 æn
	Qui nunc in montem converſus, ſuſtinet Aſtra.	Sil. 1
Atlantides	*Atlantis ſeptem natas Atlantidas aio:*	
	Ad Tauri ora micant, orientia ſidera vere.	iii. 16
	Pleiades hæc eadem, quæ & Vergiliæq; vocantur.	Ovid. 8. met
Atlantiades	*Fertur Atlantiades, genuit quem Iuppiter, Hermes.*	Ouid. 4 faſ.

Theſa-

Atrax *Theſsaliæ urbs Atrax: hinc Atracis Hippodamia.* ovid Epiſt
Atreus *Sceptra Mycenorum Pelopis fert filius Atreus:* ovid. 3 amor
Cuius grande nefas Solem retro ire coegit. Ovi. 1 de art
Atridæ *Hinc gemini Atridæ Menelaus, rexq́ Agamemnon.* ovid 12 met
Atropos *Atropos humanæ ſecat atrox ſtamina vitæ.* Claud. de Rapt, proper
Attalus *Sceptra tulit Phrygiæ ditiſsimus Attalus, auro.*
Attica *Attica Graiugenûm regio decoratur Athenis.* Ovid 4. Faſ
Atys *Veſta ſacris Atym puerum præfecit, at ille*
Nympham compreſsit, voti immemor, inde fit arbor. Oui. 10, met
Atys *Indus Atys: Perſeus diro quem vulnere ſternit.* ouid, 5 mc
Atys *Trevir Atys: genus inde Atyi duxere Latini.*

A V

Auge *Alcides Nympham vitiavit Palladis Augen.* Claud. de Rapt Sil. 10.
Avella *Italiæ urbs nucibus pomiſq́ ſuperbit Avella.*
Aventinus *Hercule Aventinus pulcher Rhaaq́, creatur.* verg 7 æn
aventinus *Mons & Aventinus Romæ, quem Tibris inundat.* ovid 14
Avernus *Haud procul à Baÿs locus eſt Campaniæ Avernus.* Luc. 2.
Quà gravis haud patitur fœtor tranare volucres. verg, 6 æn
Auſidus *Montibus Hirpinis Italus fluit Auſidus amnis:* Hor, 3 Car
Ille rigat Canuſum: Adriacas hinc verberat undas. Luc, 2,
Augias *Elidis Augias Rex dives, ab Hercule cæſus:* Senec. trag
Pacta quod Alcidæ perſolvere præmia nollet.
Auguſtus Cæſar. *Auguſtus Cæſar latialis gloria regni:* ver, 8 æn
Protulit imperium ſuper & Garamantas & Indos, verg 6 æn
Imperio fauſtè luſtris bis quinq́ potitus ovid 15 met
Sexq́ annis, pacemque pius ſtabilivit: Iëſus
Quo regnante, ſalus hominum, prodibat in orbem. verg. 3. geor
Aulis *Vrbs regioq́ Aulis quem fert Bœotica tellus.* ovid. 12 met
Aulon *Mons Calabris vino, lanis quoque fertilis Aulon.* ver. 4. æn Hor. 2 Car
Aulus Pompei ſignifer *Signiferum iuvenem, Tyrrheni ſanguinis, Aulum* Mar. 13 Luc, 9

Torta caput retrò dipſas calcata momordit.

Aurora *Tithoni coniux Aurora Hyperione nata,* Verg.4.æn
Quæ ſolem antevenit lectum indignata mariti.

Aurunci ab Auruncum urbe in Latio. *Auruncos dixere urbis de nomine Priſci.* Vergil.7.æn

Pro Italia Auſoniam ſumunt perſæpe poetæ: Verg.4.æn

Auſonia Auſonii *Auſonij hinc: nati de nomine nomen Vlyſſis.* Ver.12.æn

Auſonius Auſter *Qui Notus Argivis, Romanis dicitur Auſter.* Ver.1.geor.

Autolycus *Naſcitur Autolycus furtum ingenioſus ad omne,* Mar.8
Mercurio prognatus: avus maternus Vlyſſei. Ovi.11.met.

Autololes *Autololes populos tibi Mauritania præbet.* Sil.3

Automedon *Armiger Automedon Pyrrhi proleſq; Diorę.* ve g. 2 æn

Autonoe, *Autonoë Cadmo Thebarum rege creata* Ovid,13 met
Hermioneq;, parit miſerandum Actæona mater. ovid.3.met.

Auximates *Auximates Latij coluerunt Auximon urbem.* Luc.2.

A X

Axenus *Qui nunc Euxinus, pontus fuit Axenus olim* Ovi.de pont
Dictus, ubi Scythici immani feritate trucidant Ovi.de Triſt
Innocuos, & diro in viſcere viſcera condunt.

Axona *Axona Rhenorum fines perlabitur amnis.* Auſon in Moſel

Axones *Hîc habitant agiles longis Axones in armis.* Luc.2.

A Z

Azan *Proſtat in Arcadia, Cybeles mons, arduus Azan.* Stat Theb.9

B A

Babylon *CHaldæam urbs Babylon decorat clariſſima vaſtă:* Luc.1
Quă mediă, Euphrates ſtagnans, interfluit amnis Mart.1
Et centum portæ cinctam tutantur ahenæ: Cla.Eutrop.
Condidit Aſſyriæ regina Semyramis urbem. Prop 3

Bacchæ *Orgia ſacra ferunt Baccho, Trieterica Bacchæ.* Ovid.9 met

Bacche

Bacchanalia	*Bacche celebrantur tibi Bacchanalia feſta.*	In Sat. 2
Bacchiadæ	*Bacchiadis ortum Bromij dat Bacchia proles:*	Ovid 5 met
Corynthii	*Actæona necant, pelluntur & inde Corytho.*	
Bacchus	*Iuppiter & Semele Bacchum genuere bimatrem:*	Hor. 2 Car.
	Hic Bromius, Liber, Dionyſius atque Lyæus,	Ovid. 4. met
	Nyctelius q. Eleleus q. parens & Iacchus & Evan	
	Dicitur, & Nyſeus, indetonſus q. Thyoneus.	
Baſtros	*Per Scythiæ Baſtros fluvius delabitur oras.*	Luc. 3.
Baſtra	*Baſtra Scythis regio, Baſtro de flumine dicta.*	Verg. 2 geo.
Bætis	*Alluit Hiſpanas tibi Bætis gurgite ripas:*	Sil. 3.
	Vellera qui nitidis conſuevit tingere Lymphis,	Sil. 2
	Quem prope Bæticolæ tenuerunt mœnia Iberi.	Sil.
Bagrada	*Bagrada, iuxta Vticam, Libycas ciet amnis arenas.*	Luc. 4.
Baiæ	*Ad pontum Baias Campania ſuſtinet urbem:*	Hor. Ep.
Baius	*Vrbs tulit a Baio ſocio, cognomen, Vlyſſis.*	Verg. 9 æn
Baleares	*Hiſpanos iuxta, Baleares, inſula duplex:*	Sil. 10.
	Cuius item populi Baleares ſæpe feruntur:	Sil. 3.
	Qui funda validis torquebant ſaxa lacertis.	Ver. 1. Geor.
Ballonoti	*Ballonoti Scythiæ fines coluere nivales.*	Flac. 1
Bamuræ	*Bamuræ Libycos populos auxiſſe feruntur.*	Sili. 3.
Baptæ	*Satra ſacerdotes Baptæ celebrare Cotytto.*	Iun. ſat. 2
Barce	*Vrbs Barce Libyes. Barce nutrix q. Sichæi.*	ver. 4. æn
Barcei	*Barcæi Libyæ tractum coluere feroces.*	ver. 4. æn
Bardi	*Facta canunt Gallis Bardi præclara virorum.*	Luc. 1.
Barium	*Piſcoſum Barium Lyrico eſt urbs Appula vati.*	Hor. 1 ser.
Baſilus	*Pirata eſt Baſilus civilis tempore belli.*	Luc
Baſſareus	*Baſſareus reliquis accedit nomen Iacchi:*	Hor. 1. Ca. 18
Baſſaris	*Baſſaris hinc, offert quæ Baccho ſacra ſacerdos.*	perſ. 4
Baſſus	*Baſſus Romanus medicus: non ille poeta.*	Mar.
Baſternæ	*Baſternæ Scythiæ populi coluere feroces.*	Ovid. 2. Triſ
Batavi	*Germano populo Batavis Hollandia gaudet.*	Luc 1. Iun ſat. 8

Batavia	*Quà rapidus duplici Rhenus delabitur alveo.*	
Baternæ	*Finibus in Scythiæ ſedes tenuere Baternæ*	Flac 1
Bathyllus	*Progenuit Phorcus celebrem candore Bathyllum.*	Hor, Epiſt,
Batina	*Appula Batinam tellus tibi ſuſtinet urbem.*	Hor. Car. 3
Battiades	*Battiadem fero Calimachum, Batto patre cretum.*	Ovid. 1. am,
Battis	*Candida Battis erat vati deamata Phileta.*	Ovid. triſt. 1
Battus	*In Lapidem transfert Battum Cyllenia proles*	Ovid. 2, met
	Paſtorem, ut vetitum furtum, mercede, retexit,	
Batulus	*Pro Turno Batulum (tulit id Campania) caſtrum.*	Ver. 7. æn
Baucis	*Baucis anus, coniux parili cum ætate, Philemon:*	ovid, 8, met,
	In Phrygia, ſolis quibus eſt domus hoſpita Divis:	
	Vt pereunt alij, Iovis hos miſeratio ſervat.	
Bauli urbs Campaniæ.	*Herculeos cernas Campano in littore Baulos.*	Sil. 12,
Bavius	*Mævius & Bavius ſtolidi inſulſiq; poeta.*	ver, Ecg 3

B E

Bebryces	*Fer Bebryces Aſiæ populos, à Thracibus ortos.*	Flac 3
Bebrycia Aſiæ regio.	*Bebrycia à Danaï nata vocitata putatur.*	Ver. 5. æn,
Belgæ	*Gallica Teutonicis gens Belgæ finibus hærent.*	Luc. 1.
Belides	*Belides Belo genitus: ſed fœmina Belis.*	ver. 2. æn
Belis		Ovid. 4 met
Belides	*Quinquaginta patri Danao quoque Belides ortæ*	Ovid. 1 art Iuven. ſat, 6
	Nocte necant una, patre impulſore, maritos:	Ovid, 6 met & in Epiſt.
	Servat Hypermneſtra duntaxat fida, maritum.	
Bellerophon	*Bellerophon Glauco eſt, Ephyren qui rexerat, ortus.*	Hor. 3 Car
	Impia quem immeritò deſert Stenobœa marito.	Ovid. 2, Triſt,
Bellona	*Bella regit Bellona ferox, germana Gradivi.*	Verg. 9 æn
Belus	*Aſſyrios rexit Belus, dignatur honore*	
Belus priſcus	*Quem ſacro Babylon: alter cognomine Priſcus,*	Ovid. 4, met.
	Ægypti Danaiiq; pater, Neptunia proles.	Ovid, de art
Belus	*Phœnicum princeps Belus, cui filia Dido.*	Verg. 1, æn,
Benacus	*Gallis Benacus fulvas lacus urget arenas.*	ver, 2 Geor

Samni-

Beneventum,	*Samnitum urbs quondã, Beneventum dicta Latinis.*	Hor Sat. 1
Berecynthia quæ & Cybele dicitur	*Vergilio, fertur genitrix Berecynthia divûm.*	Verg. 9 æn
Berenice Ptolemæi & Arsinoes filia.	*At regina Phari Berenice, regia proles:*	Catul.
	Cui Ptolemæus erat frater, rex, atq; maritus:	
	Quo redeunte domum, Veneri das læta capillos.	
Berenice,	*Antipatri Herodis fuit altera nata profani.*	Iu. Sat. 6
Berenicis urbs,	*In Libya urbs quondam Berenicis, proxima Syrti.*	Luc. 9
Beroe	*Fertur anus Beroë Semeles, Epidauria nutrix.*	Ovid. 3, met
Beroe	*Est Beroë Ismarij coniux longæva Doricli.*	Ver. 5. æn.
Bessa	*Bessa urbs Ætolum: vetus urbs in Phocide Bessa.*	Sene. trag. 6
Bessi	*In Thrace Bessi rapto vixere nefandi:*	Ovid. 3. Trist
	Montem habitãt Hæmum: ponto contermina gens est.	
Betalus	*Vrbs Hispana quidem Betalus, sic Betalus amnis.*	verg 7 æn

B I

Bianor	*Fatidica ex Manto & Thusto, generare Bianor.*	Ovid. 6 trist.
Bias	*Prienæe Bia, tecum tua cuncta tulisti.*	
Biblis	*Fratris amore perit, Mileti filia, Biblis,*	Ovid, de art
	Inq; sui fontem mutatur nominis amens.	Ovid. 9b, & met. 5
Bilbilis	*Bilbilis urbs, illa gaudet Tartesia tellus.*	Mar. 12
Bice lacus.	*Vnda Bices Scythicos Asiæ diverberat agros.*	Flac. 6
Bisaltæ	*Bisaltæ Thraces, lac mistum sanguine potant.*	verg. 3, geor
Bistonis	*Bistonis urbs Thraces, Abderæ proxima quondam:*	Ovid, Epist.
Bistonia Bistones	*Thracia Bistonia hinc: populi quoque Bistones inde.*	Stat. Theb, 2 Luc 3
Bisultor	*Augustus Marti nomen iubet esse Bisultor.*	Ouid. 5 fast.
Bithynia	*Est Asiæ regio, Bithynia, vasta minoris,*	Clau. Eutro
	Proxima quæ Ponto: Thracum quoq; prospicit oras.	
Bithyas	*Pœnorum classis Bithyas præfectus habetur.*	verg 1. æn
Bithyas	*Pandorus & Bithyas fratres Alcanore nati.*	verg. 9 æn
Bituriges.	*Gens Biturix, tulit hanc Aquitanica Gallia quondam,*	Luc, 1.
Bizen vide Byzantium.	*Thracibus urbs Bizen: ubi non versatur hirundo.*	Ovid, 1, Trist.

Infandum Tereïscelus aversata cruenti.

B L

Blemyæ, seu Blemmyæ, seu Blenæ, seu Lleptæ,	*Eoï Blemyæ quibus est in pectore vultus.*	Clau. Ruf.

B O

Bocchus	*Maurorum Bocchus rex prodidit, arte, Iugurtham*	Claud, in 4. cons. Hono.
	Romanis generum, miseranda cæde, cruentum.	Sil. 3.
Bœbeis, sive Bœbias	*Bœbeis lacus est, iuxta qui, Thessalus, Ossam.*	Luc. 7.
Bœotia.	*Finibus in Graïs regio Bœotia, nomen*	Ovid, 3. met
	A bove habet, duce quo Cadmus pervenerat illuc.	
Bogus	*Annibali ventura Bogus cecinisse putatur.*	sil 4,
Boij	*Eridanum iuxta, Boios habitasse putamus.*	Sil. 4.
Bola.	*Italicas urbes agnosco Bolamq;, Coramq;.*	ver, 6 æn, Sil. 8.
Bononia	*Italiæ urbs quondam vicina Bononia Rheno.*	Luc, 3.
Bootes	*Qui suprà Arctophylax, hic fertur rite Bootes,*	Ovi, 4 de trist
Boreas	*Sidus Hyperboreum iuxta Vrsam: spirat & inde*	Ver. 1, Geor,
	Constringens Boreas, hyemali frigore, lymphas.	prop 3.
Borysthenidæ. Borysthenes	*Aio Borysthenidas, Scythiæ qui regna colebant,*	Ovi. 4, pont.
	A fluvio dictos, celeber qui dulcibus undis.	Flac. 4
Bosphorus	*Bosphorus ad Pontifontes, hinc Thracius, illinc*	
	Cimmerius, quà vacca fretum traiecerat Io.	Ovid, 4. fast
Bovillæ	*Vrbs latialis erat, Romæ vicina, Bovillæ.*	Sil. 8.
Bomanum opp.	*Samnites quondam Bomania lustra colebant.*	

B R

Bracara	*Ad pontum Hispanos urbs ditat Bracara fines.*	Ausf. de cla. urb.
Brãgada	*Bragada iuxta Vticam, Libycas movet amnis, arenas.*	Luc 4
Branchus	*Thessalicum docuit Branchum ventura profari*	sil. 3
	Phœbus, & indigeti templis assignat honores.	Stat Theb 3
Brennii pop	*Brennÿ in imbriferis statuerunt alpibus ædes.*	Hor. Car. 4
Brennus	*Romanas acies Brennus, quà flebilis errat*	prop. 3.

Allia,

Allia, dux Senonum miseranda clade profundit:
Incendit Romam: bello Capitolia tentat.
Quem pellit tandem fœlici Marte Camillus:
Sacrilegus miserum perimit se in Apollinis æde.

Briareus *Centimanus Briareus Cœlo Terraque creatur.* ver. 6. æn.

Brigantes *Immanes gelidum coluere Brigantes Iërnen.* Iu Sat. 14

Briseis *Nata puella fuit Phrygiæ Briseïs in urbe* Ouid, Ep.
Lyrnesso: hæc alijs est Hippodameïa vocata, prop. 2
Iras Peliden, quæ movit, & inter Atriden. Hor, 2 Car

Britannia *Insula in Arctoo septem subiecta trioni* Ovid, 2 amo Met. 5.
Oceano, Europæ vicina, Britannia dives, Clau. bello. Get.
Angli habitant Austrum, Boream gens Martia Scoti: Luc, 2.

Britanni *Vtrosq; inde ferunt divisos urbe Britannos.* Verg. in Buc

Btitones *Has fera Gradivo coluit gens Britones oras:* Iu sat. 15,
Hinc pulsi bello, fiunt gens accola Rheni.

britannicus. *Cæsaris & Claudi generosa, Britannice, proles.* Iu sat, 5.

Britomartis *Et Iovis & Charmes Britomartis filia Nympha.* Clau. pa-neg. 3.

Brontes *Brontesq; Steropesq; & nudus membra Pyracmon* ver, 8, æn
Neptuno nati Cyclopes, fulmina cudunt.

Broteas *Sunt gemini fratres Broteasq; & cæstibus Ammon* Ovid. 5. met
Invicti: tandem Phinëus occidit vtrunq;.

Brotheus *Vulcano Brotheum fertur peperisse Minerva, hic* ovid Ib
Membra cremanda dedit, faciei conscius atræ.

Bructerus *Bructerus Hercyniæ, quondam, gens accola sylvæ.* Clau, Hon, Cons,

brundusium *Brundusium Ausoniæ urbs, ponto vicina, celebris.* Sil. 8,

Bruthes *Apri dente peris Bruthes prognate Lycurgo.* Ovid. Ib.

Brutii *Brutij in Italia fines tenuere remotos.* Sil. 8.

Brutus *Brutorum ornavit Romam generosa propago.* pers, Sat. 6. Luc. 5.

Brutus ultor *Quod passa est stuprum Lucretia, vindicat ultor* verg 6 æn
Brutus: Tarquinij natum fugat urbe superbi: Iu, sat 4
Exulat hinc Roma regum ambitiosa tyrannis. Luc, 6

M. Brutus *Cæsaris in cædem Brutus, prænomine Marcus* Luc, 2,
Cōspirat, facilis cui Iulius ante pepercit: Mar, 11
Armis ipse suis perit: qua cæde cruentum
Vix quenquam binos lego compleviſſe Decembres. Hor, Epo,

Decius Brutus *At Decium Brutum, Mutinæ dum Marte cohorti* Luc, 5,
Imperat, Antoni, misera obsidione coarctas:
Aſt Hirci & Pansæ vitat, conatibus, hostem.

B V

Bubastus *Bubastus Pharia urbs, olim sacrata Dianæ:* ovid. 9. met
Bubastis *Ipsaq́ Bubastiis celebratur, ab urbe, Diana.*
Bubasides *Bubasides matres, Carum à regione feruntur.* Ovid. 4 met
Bucephalus *Bucephalo Pellæus equo rex gaudet alacri.*
Bupalus *Carmine commotus laqueum sibi Bupalus aptat.* Hor in 2pod
Bura *Naso vocas Helicen & Buran Achaïdas urbes.* ovid 15 me
Burdegala. *Burdegala urbs Gallis, opibus prædives opimis:* Auſon de clar, urb,
Ausonio natale solum, testatur ut ipse.
Buſiris *Neptuni ex Libye Buſiris filius: ille*
Imperat Ægypto, quo non truculentior alter: ver. 3 Geor
Quem meritò Alcides Iovis obtruncavit ad aras. Sta, Theb 12
Buthes *Principe Bebryciæ Buthes amico patre natus,* verg 5, æn, 3
Ob scelera ille patris Siculas fugit, exul, ad oras.
Butes *Butes Troianus, superat quem, Marte, Camilla.* verg, 11. æn
Buthrotum. *Vrbem Buthrotum Epiri tenuere Quirites.* ver. 3. æn

B Y

Byrsa *Arx stetit in media Carthagine, nomine Byrsa,* Verg. 1. æn,
Sic quoque Carthago dicta est, quondā æmula Romæ.
Byzantium. *Thraciæ ab urbe refert Byzantia littora Naso,* Ovid. 1, Triſ
Constantinopolis quæ post, a Cæsare dicta est: Auſon. de clar. urb,
Quò sedem imperij Romani transtulit, ille

Qui-

Qui Cæsar primus Christum est amplexus Iësum.

Pyzeres *Pyzeres populi in Ponto, Chalibesq; feruntur.* Flac.6

C A

Cacus *Vulcani proles Cacus, fur nobilis: ille* ver.8.æn.
Tauros ne qua forent pedibus vestigia rectis,
Cauda in spelunca tractos, versisq; viarum
Indicijs, raptos saxo occultabat opaco:
Herculea hinc cecidit clava, deprehensus in antro.

Cadmus *Cadmus Phœnicum regnator Agenore cretus,* Luc.3. Ovid.4.met.
Induit ipse uxorq; figuram & membra draconum.

Cæa *Ægæo ponto circundatur insula Cæa.* Ver.1.Geor

Cæbennæ *Gallica Cæbennas, profert Aquitania gentes.* Auson. de cla, urb, Hor. de art.

Cæcilius *Comica Cæcilio placuerunt carmina vati.*

Cæcuba *Cæcuba vina feri culpa periere Neronis.* Mar 13

Cæculus. *Cæculus igne satus Vulcano se tulit ortum:* Ver.7.æn
Qui Prænestinæ fundator dicitur urbis.

Cænæus a Cæne. *Iuppiter à Graia Cænæus dicitur urbe.* ovid 9.met.

Cænida *Cænida Neptunus vitiat: fit masculus inde,* ovid.12 met

Cæneus *Cum sexu nomen mutans, Ceneusq; vocatus:*
Vulnera nulla timens, lignorum mole necatur:
Naſoni, fit avis: mulier conversa, Maroni. 6.æn

Cære *Vrbs antiqua fuit, tulit hanc Hetruria, Cære.* Hor.Epist.

Cæsar *Cæsareum nomen tenuit gens Iulia, Romæ,* ver 1 geor.
Quod gentis primus sit cæsus matris ab aluo: 1 æn.

Iulius Cæsar *Iulius hinc Cæsar dictus, quod nomen, & inde*
Induperatorum seriem defluxit in omnem. Luc.1

Cæyx *Cæyx Luciferi natus submergitur undis:* Ouid.11, met
Coniugis Alcyones contactu avis aëra tranat.

Caici popu. *Crinigeri ad Rhenum coluerunt arva Caïci.* Luc 1

Caicus *Mysorum fines perlabitur unda Caïci.* Ver 4 Geo

Ex

Cajeta	*Ex Phrygia Æneæ nutrix Caieta fuisti:*	verg,7,æn
	Vrbi Campanæ moriens quæ nomina linquis.	sil. 8,
Calabria	*Extrema Italiæ regione Calabria gaudet*	Ovi,14,met Hor,1,Car,
Calaber	*Chersonesus: eum Calaber tenet incola tractum.*	Luc,2
Calais	*Qui Borea satus est Calaïs, cadit Herculis armis.*	Ouid 6,met
Calamis	*Cælator Calamis laudem sibi comparat arte.*	
Calacia	*Ausoniæ urbs parvis, cincta est Calacia, muris.*	Sil.8
Calchas	*Thestore prognatus Calchas, ventura profatur*	Verg,2,æn
	Graijs, dum Troiam lento oppressere duello.	
Calauria.	*In tractu Argolico, est ambita Calauria ponto,*	Ovid.7.met
	Hæc Demosthenico celebris fuit insula, fato.	
Calciope.	*Calciope Phryxi coniux Æëtia proles.*	Ovid, Epist.
Caledonia quæ & Scotia dicitur,	*Marte Caledoniam Scoti tutantur ab armis*	Sil.3.
	Barbaricis, cui acies haud formidata Quiritum,	
	Dum reliquus Latias leges agnosceret orbis:	
	Regno sylva dedit nomen, celebrata per orbem.	ver 7 æn
Calenum	*Haud procul à Capua, fert optima vina Calenum.*	Iu Sat, 1,
Calenus	*Hetruscus vates cecinit, ventura, Calenus.*	
Callimachus de ponto	*Callimachus mæsto gaudebat carmine vates.*	Ovid. 1, am,
Calliope	*Carmina Calliope libris Heroïca mandat.*	verg. Epigr,
Callipolis	*Callipolis Sicula urbs: quo nomine Thracibus urbs est.*	Sil.14.
Callirhoe	*Callirhoë vitreas fons lymphas fundit Athenis.*	Sta,Theb 12
Callisto	*Callisto, Arcadiæ rex est tua nata, Lycaon:*	proper.3
	Iuppiter hanc vitiat Iuno quam vertit in ursam.	Ovid,2,met
Calpe columna Herculis, vide Abyla,	*Africam, ab Europa mons Calpe scindit Iberus.*	si',1
	Ætolûm urbs Calydon, Meleagri regia quondam.	Luc,6
Calydon	*In ponto Icario, fœcunda est melle, Calymna.*	Ovid 8 met
Calymna.	*Oceano Tethys peperit te nympha Calypso.*	Ouid 4 pon
Calypso		
Camarina	*Trinacriæ Camarina palus quos fundit odores?*	ver,5,æn
	Præmonuit tamen hanc Phœbus non esse movendam.	Sil.14
Cambyses	*Prognatus Cyro Cambyses sceptra ferebat*	Luc,10

Persarum,

Perſarum, imperio Pharias qui adiecerat oras.

Camero *Parvus ager Camero lapidoſi ad Crathidis amnes.* Ovid, 3. faſ.

Camertes *Auſoniæ tractum veteres tenuere Camertes.* Sil, 8.

Camertes *Æneam contra pro Turni parte Camertes* Ver 10 æn

Magnanimo Volcente ſatus, ditiſſimus agri
Qui fuit Auſonidum, & tacitis regnavit Amyclis.

Camilla *Volſcorum Metabo prognata eſt rege Camilla:* verg. 11. æn
Venatrix Triviæ & bellis Mavortia virgo:
Hanc Aruns ſternit, pro Turno bella gerentem. Verg. 11. æn

Camillus. *Multum aſſertori devincta eſt Roma Camillo:* Mar, 1.
Quem Dictatorem, quinta vice, iure creavit: Luc, 2,
Expugnat Veïos, longa obſidione rebelles, ver 6, æn,
Vaſtantes Romam Senonas, Brennumque fugavit: Luc. 6.
Quos iterum, Romam verſus, dum caſtra moverent, Proper 3.
Quà tranſit præceps Anio ſuperavit, in armis:
Hinc Patriæ dictus vindex & Romulus alter.

Camœnæ *Quas Muſas alibi, natas Iove, dico Camœnas.* verg. Buc.

Campania *Et Bacchi & Cereris regio Campania dives* Sil. 8, ver. 10, æn
Itala, ubi & multæ, per magni nominis, urbes. Hor, 1 ser,

Canace *Te genuit Canace ventos qui numine torquet,* ovid. Epiſt
Æolis hinc dicta es: Machareo peperiſſe putaris
Concubitu inceſto, tete hinc, patris enſe, trucidas. 2 Triſt.

Candace. *Candace Æthiopum celebri, regina fuiſti:* Iuvenal.
Nomen id Æthiopum Reginam hinc fluxit in omnẽ.

Cancer *Cancrum Iuno locat cælo, ſed ab Hercule cæſum.* ver. Buc Luc. 10

Candavia *Mons Macedûm Hadriaco occurrit Candavia ponto.* Luc. 6.

Caneus *Nympha Caneus Pici, Laurentum principis, uxor.* Ovi, 14. met

Canis *Iuncte Canis Soli duplicas, æſtate, calorem.* Ver. 3, Geor

Canius vel Canis *Perpetuo Canius fertur riſiſſe Poeta.* Mar. 1.

Cannæ *Cannis infauſto gaudebat Apulia, vico* Claud. Bel. Get.
Romanis, Pœni ſuperant ubi Marte Quirites. Luc 7.

Vrbs

Canopus.	*Vrbs, in Niliaca viguit regione, Canopus.*	Ver,4,Geor.
Cantabri in Hiſpania populi,	*Cantaber omnino bellis gaudebat Iberus.*	Sil.2,3
Canthus	*Natus Abantis erat Canthus, quem vexerat Argo.*	Flac,Argon
Canuſium	*Italiæ urbs Canuſum, rutilis ditiſſima lanis.*	Hor, 1,ser.
Capaneus	*Argivus Capaneus, Thebis quem ſaxa necarunt.*	Ovid.4. Triſ ovi de pont, Iu ſat 3
Capena	*Romæ porta fuit, lymphis vicina, Capena.*	
Capenæ	*Vrbem Italam, humectant fluvialia rura, Capenas.*	Iu 3 ſat
Capetus	*Albæ rex Capetus, Capyos qui filius idem.*	Ovi 4, faſ,
Caphareus	*Arduus Eubœæ riguit mons amne, Caphareus:*	verg,11.æn.
	Huc Græci appellunt, decepti luce, carinas:	
	Nauplius ut nati Palamedis fata rependat.	
Capitolia	*Ardua Tarquinius, Romæ Capitolia condit:*	Verg 10.æn
	Tarpeïa hìc de rupe tonat Saturnia proles.	Luc.1.
Cappadoces	*Ponti Cappadoces tractum tenuere feroces,*	Luc.2,
	Quem, quidam Armeniam veteres dixere minorem.	Luc. 3.
Capreæ inſu	*Circundat Capreas Campanum fluctibus, æquor.*	Verg.7 æn.
Capricornus	*Zodiaci decimum Capricornus it ordine ſignum.*	Hor.1 Car
Capua	*Extollit Capuam Campania nobilis urbem:*	Verg.10 æn
Capys Arneæ comes	*Quam Capys Æneæ comes, extruxiſſe putatur.*	sta syl 11
Capys Arneæ avus.	*Tros pater Aſſaracum genuit, qui Pergama rexit,*	Ovid 4. Faſ
	Ille Capyn, Capys Anchiſen: quo ſanguine clarus	
	Prodÿt Æneas, Romanæ gentis origo.	ver,10,æn
Capys Sylvius rex Alb.	*Sylvius ille Capys, Latialis ſceptriſer Albæ.*	Verg. 6 æn
Carambis	*Mons eſt Paphlagonum, ſurgit qui nube Carambis.*	Flac 4.
Carantonus	*Gallorum humectat fines Carantonus, undis.*	Auſon
Carbo	*Carbo ter conſul, Marianis partibus hærens,*	Luc,2
	Pompeÿ iuſſu Siculis occiſus in oris.	
Carcinus	*Qui ſuprà Cancer, nunc fertur Carcinus ardens.*	Luc.9
Cares	*Imperia agnoſcunt populi Minoïa Cares:*	Mar,1
Caria	*A regione Aſiæ, quæ fertur Caria, dicti.*	Manil 4
Carillæ urbs	*Annibal Auſonias delevit Marte Carillas.*	Sil.8,

Romulea

Carinæ	*Romulea urbs vico fuit exornata, Carinis.*	Verg, 8 æn.
Carius	*Cari, nate Iovis, nympharum cantica noſti.*	
Carmania	*Inculta eſt Aſiæ regio Carmania parvæ.*	Luc 3
Carmani.	*Carmani hic, tantum veſcuntur piſcibus, atri.*	
Carna	*Cardinis humanæ vitæ, Dea Carna putatur.*	Ovi. 6. faſ.
Carmenta. seu Carmentis.	*Evandri mater Carmenta perita futuri:*	Ouid. 1 faſ.
	Hoc Carmentalem dicunt de nomine, portam:	vergil 8 æn
Carpathos inſula.	*Carpathon, Ægyptum contra, circumfluit æquor:*	ver. 4 Geor
	Spectat quà Rhodus hinc, illinc Minoïa Crete.	
Carrhæ urbs	*Aſſyriæ Craſſi maculantur ſanguine Carrhæ.*	Luc, 1.
Carthæa	*Inſula Cæa tulit Carthæam nobilis urbem.*	Ovi. 10. met
Carteia	*Hiſpanas inter, Carteiam, agnoſcimus urbes.*	Sil. 3.
Carthago	*Italiam contra, Lybiæ urbs Carthago, celebris:*	verg 1. æn,
	Regia quæ Didûs, magnæ quondam æmula Romæ:	Luc. 4.
	Telluri æquatam, tandem quam Scipio delet.	Sil. 17.
Carthago	*Aſdrubal Hiſpanis, quo nomine, condit in oris*	Sil. 15.
	Vrbem, quò fieret memorabile nomen Iberis.	
Caryſtos ſive Caryſte.	*Inſula in Euboico ponto ſaxoſa, Caryſtos.*	Senec. tra 6
Caſellius	*Conſultus iuris vindex Caſellius acer.*	Horat. in arte
Caſinum	*Vrbs Campana fuit, nymphis habitata, Caſinum.*	sil. 12
Caſius	*Oſtia trans Nili Caſius mons: nomine eodem hic*	Luc. 8.
	Templa Iovi ſtabant: Magni celebrata ſepulchro.	
Caſperia	*Caſperia eſt Rhæti coniux, ſpoliata pudore.*	Verg. 7 æn.
Caſperia	*Vrbem Caſperiam, veteres coluere Sabini.*	ver, 7 æn
Caſperula	*Caſperulam, fortaſſe, vocat quam Silius urbem.*	Sil. 8.
Caſpia	*Caſpia gens oriunda Scythis, Hyrcaniæ adhæret.*	Flac. 6
Caſſandra.	*Eſt Hecubæ & Priami proles Caſſandra, futuri*	ver, 3 æn
	Præſcia: Apollo fidem cui demit vera profanti.	
Caſsiope	*Caſsiope Cepheï coniux, tibi pulchra videris:*	Ovid 5. met
	Hinc fuit Andromede monſtris proiecta marinis.	
Caſsius	*Cæſaris in cædem cum Bruto Caſsius atrox*	Luc. 1

Conſpi-

Conſpirat: patrantq; ſcelus: qua cæde cruentum
Vix quenquam binos legere eſt vixiſſe Decembres.
Iſti ſe ambo ſuis armis, errore, trucidant.

Caſtalius *A radice fluit Parnaſſi Caſtalius fons:* Ouid, 1 amo
Quique Caballinus fertur, lacer vſq; Camœnis. perſ. 1,

Caſtalides *Caſtalidesq; ſuo muſæ de fonte feruntur.*

Caſtor *Pollux & Caſtor fœcundæ gloria matris:* ver 6, æn,
Æquora tutantur: Ioue ſunt Ledaq; creati:
Tyndaridaſq; vocant, matris de coniuge, vates:
Nunc alternatim cælo lucere videmus. sil, 3

Catana *Vrbs Catana, ardenti nimium vicina Typhoeo.* sil, 13

Catilina *Impietate alios ſuperans Catilina Quirites:* Luc. 6,
In patriam fecit te coniuratio notum. Iu, 2
Marte quidem iſte potens: hyemiſq; æſtuſq; famiſq;, ver, 8, æn
Inuictus, verum ingenio pravoque maloque: Luc, 2,
Indomitam cuius rabiem, virtute, repreſsit Iu Sat, 8,
Iam Conſul Cicero: Roma pepulitque minacem:
Sternitur hinc patriam infeſtans lethalibus armis.

Catillus *Catillus ſatus eſt, miſero vate, Amphiarao:* ver 7 æn
Hic cum fratre Cora Tybur ſtruxiſſe putatur. sil. 8,

Cato Porcius *Porcius ille Cato Cenſuræ dignus honore:* Iu sat. 2,
Virtute ad cunctos Romæ pervenit honores. ver, 6 æn,

M. Cato Vticenſis *Aſt Vticenſis eras pronepos, Cato ſæve, prioris:* Luc 2
Romanæ virtutis honos, pietatis imago: Luc. 6,
Victo at Pompeio, lethum tibi protinus infers. Luc, 10

Catti *Priſcos quondam aluit populos Germania Cattos.* Clau, Hon, Conſ,

Catulus *Orator Catulus, Cimbros proſtravit in armis.* Luc, 2

Catullus *Laſcivum vatem profert Verona Catullum.* ovid 4, Triſt

Caucaſus *Maximus eſt Aſiæ duris mons cautibus horrens* Ver, 4, æn,
Caucaſus: ille Scythas ſtat terminus inter & Indos. Ovid, 2, met

Caudis vel Caudium *Caudium in Italia urbs, Beneventi mœnibus hæret.* Luc, 2

Italiæ

Caulon *Italiæ urbs Caulon Locris contermina Graïjs.* ver.3,æn,

Caunus *Caunus Mileti natus, vitavit amantis* Ouid 9 met

Caunus urbs *Biblidis amplexum, Caunum hinc de nomine condit.*

Caurus *Caurus ab occaſu ſpirat, tibi, ſolſtitiali.* ver 3 Geor.

Cayſter *Lydia cycnifero potas ex amne Cayſtro.* ver,1, Geor

C E

Cea vel Ceos inſu, *Cea in Ægæo eſt, celebris quæ bombyce, ponto.* Hor,1, Car,

Cebrenia *Troadis eſt regio Cebrenia, nomine eodem* Ovi,11, met

Cebrenus *Vrbs inibi viguit: fluit hinc gentile Cebrenus.* sta.syl 2,

Cecrops *Quinquaginta annos Cecrops, qui primus, Athenas*

Cecropia *Rexit, & hinc urbi linquit, de nomine, nomen:* verg.4.geor

Cecropidæ *Cecropidaſq; vocat Naſo Attica regna colentes.* Ovid.7,met

Celadon *Dum Celadon Perſeo inſidias parat, occidit ipſe.* Ovid.5.met

Celæna *Campana eſt regio Iunoni ſacra, Celæna.* verg.7,æn

Celænæ *Collem Aſiæ atque urbem priſci agnovere Celænas* sil,15

Celæno *Concubat alma Iovi, rutilat quæ ſtella, Celæno.* Verg.3 æn

Celendræ *Vrbem olim Cilices portumque habuere Celendras.* Luc,8

Celer *Occidiſſe Rhemum fertur Celer, ille Quirini*
Dum iuſſa exequitur, condentis mœnia Romæ. Ovid,4,faſ,

Celſus *Scripta aliena ſuis Celſus plagiarius addit.* Hor,Epiſt,

Celtæ *Gallorum populi Celtæ, de gente comata.*

Celtæ *Hiſpani Celtæ miſcent qui nomen Iberis.* Luc,4

Centauri. *Theſſaliæ regio Centauros Graia biformes* Ver.2 Geor,
Suſtinet: hi primùm ſoliti frænare caballos:
Creditur Ixionillos, ex nube, creaſſe: Luc,6
Quos, cum Pyrithoï ſponſam raptare volebant, Ovi,12,met
Adiutus Lapithis, Theſeus fugat atque trucidat.

Centaurus *At ratis Æneæ Centauri inſignia geſtat.* ver 5,æn

Cenchreæ *Graia urbs Cenchreæ, bimari vicina Corintho.* sil,15

Centoræ. *Centoras impellet Phryxæi velleris ardor.* Flac,6

Centuripe

Centuripe	*Centuripe, Siculos inter numerabitur agros.*	Sil.14.
Cephalene, Cephalus	*Nota Cephalene Ionÿ maris insula Graÿs.*	Sil.15
	Auroræ Cephalus sprevit, venator, amorem:	Ovid 7.Met
	Proq́ fera Procrin telo prosternit amatam.	
Cephenes	*Cephenes Asiæ populos, nunc dicito Persas.*	Ovid 5.met.
Cepheus	*Æthiopum Cepheus rex, sidus splendit ad Arctos.*	Ovi.15.met
Cephissus	*Bœoti ex fluvio Cephisso hausere bibenda.*	Ovid.3.met
Cerambus	*Nympharum auxilio, volat in sublime Cerambus,*	Ovid.7.met
	Deucalionæas dum vitat, inobrutus, undas.	
Ceraunia	*Epiri rigidos agnosco Ceraunia montes:*	verg.3.æn.
	Ionium, Adriaco dirimunt qui, cautibus, æquor.	Luc.5.
Cerberus	*Infera regna cavis, villosus colla colubris*	ver.6.æn.
	Cerberus observat, latratibus, ore trifauci.	ovid.7,met.
Cercopes in Simias	*Cercopum mores exosus Iuppiter atros,*	
	In deforme viros animal mutavit, ut ÿdem	Ovi,14,met
	Dissimiles homini possent, similesq́ videri.	
Cercyones	*Cercyonem Theseus occidit iure latronem.*	ovid.7.met.
Cere	*Vrbs antiqua fuit, tulit hanc Hetruria, Cere.*	Sil.8,
Cerealia	*Concubitum prohibent Cerealia sacra quotannis.*	ovid.
Ceres	*Ex Ope suscepit Cererem Saturnus, alit quæ*	Ver.1,Geor
	Et terram & segetes: artes quoq́ tradit arandi.	ovid.5.met
Ceretani.	*Ceretanorum servas Hispania gentem.*	Sil.3,
Cesæi	*Cesæos aluit populos Mæotica tellus.*	Flac.1
Cethægus	*Impie suppetias tibi fert, Catilina, Cethægus.*	Luc,1,6
Cethægus	*Alter Consul erat, Pœni dum, Marte, fremebant.*	Ennius
Ceus	*Bella Iovi Ceüs Titani filius infert.*	Verg.4, æn.
Ceyx	*Ceyx Lucifero natus, rex, mergitur undis:*	ovi,11,met,
	Coniugis Alcyones contactu, fitq́ volucris.	

C H

Chalcis	*Vrbs erat Eubææ, totius maxima, Chalcis.*	Senec, trag.
Chalchis	*Diversas huius videas quoq́ nominis urbes.*	Luc,5,

Chaldæa

Chaldæa. regio	*Chaldæa gaudet tellus Asiatica maior:*	Clau,Ruf.
	Separat hæc Arabes Iudææ à finibus, atros.	Iuv.sat.6
Chalybes	*Vicini ponto Chalybes fodere metalla.*	Ver.geor.1.
Chaonia	*Chaonia Epiri regio est, Epirus & ipsa:*	ver.3.æn.
	Sic Helenus totam, Troiano a Chaone, dixit.	
Charadrus.	*Sueverunt Cilices lympham potare Charadri.*	sta.Theb.4
Charaxus	*Fudit opes Rhodopes meretricis amore Charaxus*	Ovid, Epist
	Sapphûs germanus: prædo fuit inde marinus.	
Charites	*Sunt Iove prognatæ Charites: sub iudice lis est*	
	De genitrice: harum coniungit gratia charos.	
Charon	*Nocte Ereboq; Charon prognatus, transvehit umbras*	Verg.6 æn
	Portitor inferni, Stygiam trans, arte paludem.	Sene trag.
Charybdis.	*Gurges inexhaustus, Siculi maris atra Charybdis.*	Ovid,4 pon,
Chelæ	*Trinacriæ ad pontum Chelas agnoscimus urbem.*	sil.14
Cheruſci popu.	*Sustinet ad Rhenum tellus Germana Cheruscos.*	Cla,4. Con, Honor
Chimæra	*Ignivomus Lyciæ mons est, rabiosa Chimæra,*	Ver.6. æn,
	Ventre tenens capras, cauda angues, ore leones,	Ovid,6. met
Chione	*Dedalione, sata est Chione formosa, procis quam*	Ovi.11. met
	A mille ambitam, Phœbus stupravit, & Hermes:	
	Diis peperit geminos: telo hinc confossa Dianæ est.	
Chios	*Insula cincta Chios ponto Ægæo, prope Lesbum.*	Hor.Epist.
Chiron	*Zodiaci Chiron arcum tenet ordine nonus,*	ouid, 2 met
	Saturno genitus, postrema parte, caballus.	ver.Epigr.
Chloris	*Florum Chloris erat Dea, quæ quoq; Flora vocatur.*	Ovid 4 fast.
Chloris	*At coniux Neleïtelis cadit icta Dianæ.*	Ovid.6, met
Chloreus.	*Sacra tulit Cybeles Chloreus, cecinitq; futura.*	Verg.11.æn
Choaspis.	*Labitur in Tigrim, cui dulcis lympha, Choaspis*	Tibul.4.
	Medorum fluvius, transit qui Persidis oras.	
Chœrilus.	*Scripsit Alexandri vates malè Chœrilus acta.*	Horat.in arte
Chorinæus.	*Arcu præstantem Chorinæum, stravit Asylas.*	Verg 9 æn
Chorœbus	*Desponsata fuit Iuveni Cassandra Chorœbo.*	Ver.2.æn

Chromis *Herculeus Chromis eſt natus, cui robora patris.*

Chryſe. *Vrbs Cilicum Chryſe, Phœbi notiſſima templo.* Ovi. 13. met

Chryſes *Phœbo offert Chryſes Thebanus ſacra ſacerdos:* ovid, 2, de Rem, am.
Quo ſata Briſeïs, raptat quam maior Atrides:
Hinc lue in Argivos lethali ſævit Apollo. Ovid, 1, Triſ,

Chryſippus *Stoica ſecta tibi mitis Chryſippe placebat.* Hor. Epiſt.

C I

Cicero *Macte pater patriæ, Romanæ gloria gentis,* Iu. Sat, 10
Eloquij princeps Cicero Latialis, & idem
Inter Romuleos vir ſervantiſſimus æqui: Iu, ſat 8
Cuius pacificas tremuit Catilina ſecures: Luc. 7.
Inde toga inſignis, Capitolia celſa triumphans
Conſcendit, pacemq́ pius revocavit in urbem:
Cui, dire Antoni, curas caput abſcindendum: Iu sat. 10,
Quod ſimul atque manus roſtris affigere gaudes.

Cicones *Iuxta Hebrum Cicones Thracen coluiſſe feruntur.* Sil. 2,

Cilices *Tractum Aſiæ Cilices populi coluere minoris:* Luc, 2
Inter qui Syrios habitant Taurumq́ nivalem. Luc. 3

Cilla *Hæc regio Cillam, prope Thebas continet urbem.* Ovid. 3. met

Cimbri *Marte feros aluit pugnax Germania Cimbros:* Luc, 2,
Italiam invadunt, Marius quos inde repellit: Ouid 4 pon,

Cimmerii *Cimmerios habuit populos Aſiatica tellus.* Ovi. 11. met

Cimolus *Inſula Cretenſi pelago precincta Cimolus.* Ovid. 7 met

Cinga *Flumen Cinga rapax Hiſpanas alluit oras.* Luc. 1, 4

Cinna *Cinna quater Conſul, Romam turbare cruentus* Luc. 3.
Suevit, qui Libycis Marium renocavit ab oris
A Sylla victum: Roma hinc madefacta cruore eſt:
Cuius & indomitas horrens exercitus iras
Anconæ necat ipſe ducem, lapidum imbre, cruentum.

Cinna. *Delectant vates tua carmina Cinna Maronem.* verg Buc,

Ad

Cinyps	*Ad Syrtes Cinyps Libyæ rigat amnis arenas.*	Sil.2.
Cinyras	*Cypri rex Cinyras, Cilice est satus ille parente.*	Oui.10. met
Cippus	*Hostibus occisis nascuntur cornua Cippo*	Ovi,15,met
	Romano: hinc penitus Romæ regnare recusat.	
Circæum	*Mons Circæum ingens Tuscum procurrit in æquor.*	ver 7 æn
Circe	*Filia Solis erat Persesq; venefica Circe:*	verg.7.æn
	Illa Ithaci socios in porcos vertere novit.	Eclog,
Circius.	*Circius Arctoüs, celeri vertigine, spirat.*	Luc.1
Cirrha	*Parnassum iuxta Cirrha urbs tibi, Phœbe, dicata.*	Luc.3,
Cisseus	*Armiferæ Thraces Cisseus bene sceptra ferebat:*	ver 5.æn
Cissis	*Cissëis patris hinc Hecuba est a nomine dicta.*	Ver 7 & 10 æn
Cithæron	*Mons est Bæotum (sacer hîc tibi Bacche) Cithæron.*	
Citorus	*Paphlagonum, buxi crescunt in monte Citoro.*	Verg.2.æn

C L

Clanius	*Exundat Clanius Campanum flumen Acerras.*	Ver.1,Geor
Claros	*Vrbs claros est Phœbo, quam præbet Ionia sacra:*	Oui.11.met
	Fastorum hinc primò Clarius vocitatur Apollo.	Ovid,1. fas
Clausus	*Clause, Sabinorum rex Turni a parte setisti:*	ver,7.æn,
	Claudia nunc a quo diffunditur & tribus & gens.	ver 7.æn,
Clazomenæ	*Clazomenæ urbs Asiæ est, eadem quoq; Gryna vocata.*	Hor,sat,1
Cleonæ.	*Vrbe Cleonarum Graia, licet ire Corinthum,*	Ovid,6,met
Cleopatra	*Vah Pharij regis proles Cleopatra, sororque*	
	Vxorq; (infandum) Ptolemæi sceptra ferentis	Iu sat,2.
	Postremi: sola hinc regni moderatur habenas.	ver.8, æn
	Inde sit Antoni coniux, sitibunda Quiritum	
	Imperij: Actiaco bello superavit utrunque	Luc,10
	Augustus: victi hinc sese ambo, dolore, trucidant.	Ovid 15 met
Clio	*Clio gesta canens transactis tempora reddit.*	verg. Epigr,
Clitor	*Clitor in Arcadiæ media urbs, illicque fluente*	
Clitorius fons	*Clitorio quicunque sitim de fonte levarit*	Ovi,15,met

Vina fugit, gaudetq; meris, abſtemius, undis.

Clitumnus	*Poto, bos albet Clitumno flumine Hetruſco*	ver 1, Geor.
Cloanthus	*Æneam ſequitur Troiano a Marte Cloanthus.*	ver. 4, æn
Clodius	*Enſe Milonis obit Ciceroni Clodius hoſtis.*	Iu 2 ſat
Cœlia	*Clœlia virgo obſes Romana fefellit Hetruſcos.*	Verg. 8 æn.
Clonius	*Grains dux Clonius: non is quem, Turne, trucidas.*	verg. 9 æn
Clotho	*Humanæ vitæ diſpenſat ſtamina Clotho.*	Claud. de ap
Clupea	*Vrbs Libyæ Clupea eſt, clypei inſignita figura.*	Luc. 4.
Cluſium	*Cluſium Hetruſca urbs eſt, Porſennæ nota ſepulchro.*	Sil. 8.
Clymene.	*Oceani Clymene proles, & Tethyos almæ.*	Ver. 4, Geor
Clymene	*Altera Tyndaridis ſceleratæ conſcia fraudis.*	Ovi. in Epiſt
Clymene	*Tertia, Phœbe, tibi Phaëtontem nympha ferebat.*	Ovid. 2, met.
Clytemneſtra.	*Læda Clytemneſtram peperit tibi Tyndare: Oreſtes*	ovi de nuce,
	Hanc ſimul Ægiſthumq; necat, procæde paterna:	Sene in Agamem.
	Cum qua factus erat, bellante Agamemnone, adulter.	Iu. Sat. 6
Clyton	*Arcadiæ rapidus Clyton amnis proluit oras.*	Stat. Theb. 4
Clytie	*Nympha perit Clytie, ſpernit quam Phœbus amantem*	Ovid 4 met.
Clytius	*Germanus Priami Clytius: non ille Maronis.*	Verg. 10 æn.

C N

Cnidus	*Sacra Cnidus Veneri eſt: fert Caria nobilis urbem.*	Hor. 1, Car
Cnoſſus	*Vrbs Cnoſſus Cretæ, Minoïs regia quondam.*	Luc. 3.
Cnoſſis	*Hinc Ariadna vocant te Cnoſſida, regia proles.*	Ovi in. Epiſt

C O

Coatræ	*Luxuriant ſylvis, urbs Perſidis, uſq; Coatræ.*	Luc. 3.
Cocalus	*Dædalon in Siculis ſervat rex Cocalus oris:*	ovid, 8, met.
	Illuc dum trepidus fugeret Minoïs ob iram.	Sil. 14.
Cocles	*Cocles Romanus Porſennæ prælia temnit.*	vergil 8 æn
Cocytus	*A Styge Tartareus Cocytus defluit amnis.*	verg. 3. geor
Cedrus	*Codrus inops vates: Codrus regit alter Athenas:*	Ver. in Buc. Iu ſat. 1.

Hoſtes Hor. 3. Car

Codrus	*Hoſtes morte ſua, qui citra prælia vicit.*	Ovid 7. Met
Codrus	*Pompeium Magnum Codrus pietate celebris*	
	Condit humi dominum Pharijs, libertus, in oris.	Luc 8
Cœus	*Bella Iovi Cœus Titani filius infert.*	ver 1 geor.
Colchis	*Eſt Aſiæ regio Colchis corrupta venenis:*	Hor 2, Car
	Huc rate ſe confert ablatum vellus Iaſon:	Luc. 2. Ovi. in Epiſt
Colchis	*A patria, Colchis, Medea venefica fertur.*	Mar, 4
Collatia	*Italiæ primam tenet urbs Collatia partem.*	Ovid. 2 triſt.
Collina.	*Collina ad Veneris fanum ſtat porta Quiritum.*	Luc, 2
Colophō.	*Vrbs Aſiæ Colophon, delubro cognita Phœbi.*	Verg. in Cir.
Comagena.	*Pars Comagena eſt Syriæ regionis Eoa.*	Iu. Sat. 6
Combe	*Ingenio polles Aſopi filia Combe.*	Ovid. 7. met
Combos	*Ægypti urbs Combos: colitur crocodylus in illa.*	Iu ſat 15
Cone	*Oſtia iuxta Iſtri, Cone, iacet inſula curta.*	Luc. 3
Concani.	*Concanus Hiſpanis populus manet acer in oris:*	Hor. Car. 3
	Ille caballino ſatiatur ſanguine poto.	Sil. 3.
Cōgedus.	*Hiſpanas fluvius volvit Congedus arenas:*	Mar. 1.
Conon	*Aſtra ſolumq; Conon radio deſcribere novit.*	ver, Bue
Conſtantinopolis	*Quam priſci Thracum vocitant Byzantion urbem,*	Auſon. de clar. urb.
	Conſtantinopolis fuit hæc a Cæſare dicta:	
	Quò ſedem imperij Romani tranſtulit, ille	
	Qui Cæſar primus Chriſtum eſt amplexus Iēſum	
Coos	*Icario ſtat cincta Coos vetus inſula ponto:*	Luc, 8.
Cous	*Dicitur hac Cous ſatus in regione poëtis.*	Ovid, de art
Coptus Coralli pop. Cora urbs.	*Thebarum urbs Coptus. Pontum tenuere Coralli.*	Iu. 15; Ovi. 4, pont,
	Italicas urbes agnoſco Bolamq;, Coramq;.	Ver. 6, æn,
Coras & Catillus	*Tu cum fratre Cora Tyburtia mœnia condis.*	ver. 7. æn
Corcyra	*Corcyra Ionio circundatur inſula ponto.*	Luc, 2,
Corduba.	*Corduba Lucanum tulit, urbs Hiſpana, poëtam.*	sil. 3,
Corfinum	*Corfinum urbs Latij validis circundata muris.*	Luc, 2,
Corynna.	*Naſo, Corynna, tibi multa celebrata Camœna eſt.*	ovid in lib, amorum

Corinthus	*Graiorum ſines decorat celebrata Corinthus:*	Hor, 1, car.
	Marte, Solo æquatam reddit quam Mummius atrox	ovid 4 faſt
Cornelia.	*Sempronì coniux peperit Cornelia Gracchos.*	Iu ſat, 6.
Cornelia.	*Altera Pompeio nupſit, tua Scipio, proles.*	Luc. 3.
Coræbus.	*Mygdone prognatus Priami gener ille, Coræbus*	ver. 2 æn.
Corona	*Arctophylax humero ſidus tenet uſq; Coronam.*	Ver. geor. 1,
Coronæa	*Vrbe Coronæa Græci gaudere feruntur.*	Stat. Theb. 7
Coronis	*Lencippi nata eſt, à Phœbo occiſa, Coronis.*	Ovid. 2 met
Corſica	*Corſica, vina ferens, Tuſco circundata ponto*	ovi, 1 Eleg
	Inſula, ubi taxis haud dulcia mella leguntur.	Claud, 2 de rap
Cortona	*Vrbs Cortona, urbes inter numeratur Hetruſcas.*	Sil, 8,
Corus	*Spirat ab occaſu Corus tibi ſolſtitiali.*	Luc, 2,
Cortyna	*Cortina urbs Cretæ: hàc Lenæus defluit amnis.*	Sil, 13.
Corybas	*Sacra canit Cybeles, Corybas dum cymbala pulſat.*	Claud, 2. de Rap.
Corycus.	*Mons Cilicum in nubes minitatur Corycus altus:*	Hor, 2 Car,
Corycium antrum	*Corycium inde ferunt, exeſis rupibus, antrum:*	Luc, 3
Corycidæ	*Corycidaſq; aiunt Muſas de monte, poëtæ.*	Ovid, 1. met
Corythus	*Priſci habitant urbes Tuſci Corythumque Coſaſq;.*	Verg. 9 æn
Coſæ		Verg 10 æn
Coſyra	*In Lybico ponto, iacet inſula macra, Coſyra.*	Ovid. 3 faſt,
Coſſyra	*Parva urbs Trinacriis Coſſyra vigebat in oris.*	Sil. 4,
Cotytto	*Cecropidæ tibi ſacra ferunt Dea, nocte, Cotytto.*	Iu sat. 2
Cotta Romanus	*Audaci cæpto deſiſtere Cotta Metellum*	Luc, 3
	Compulit, ut Cæſar ſpoliat Saturnia templa.	ovid, 4, de ponto,
Cotta	*Cotta forum orator coluit, doctaſq; ſorores.*	
Cragus	*Mons Cragus eſt Lyciæ, Tauri radicibus hærens.*	Hor, 1 car

C R

Crantor	*Profeſſor ſophiæ Crantor, doctore Platone.*	Hor Epiſt.
Crantor a Demoleonte occiſus	*Armiger at Pelei, Centauri ſternitur armis.*	Ovi, 12, met
M. Craſſus	*Bella gerens Craſſus, ditiſſimus ille Quiritum,*	
	Sternitur a Parthis, maculat qui ſanguine Carras:	Luc. 1.

Cui

Cui ſitis auri inerat, fluidum quod mortuus hauſit.

Crathis *Amnis Achivorum Crathis petit arva Corinthi.* Ovid, 3. faſ.

Crathis *Græcia magna tuas convolvit, Crathis, arenas:* Ovi. 15 met
Hic facit electro ſimiles auroq́, capillos. Ex ovid

Cratinus. *Comica perplacuit priſco phraſis, uſq́, Cratino.* Hor. 1 ſer.

Cremera. *Tuſcorum Cremeræ fines lavat unda rapacis.* ovid 2 faſt.

Cremona *Tranſalpinam urbem vaſtarunt bella Cremonam.* Ver. in Buc

Cremyon. *Argolica urbs Cremyon, bimari vicina Corintho.* ovid 7 met

Creon *Sceptra Corinthæis perhibent geſtaſſe Creonta:* Sene tra.
Ah natam Æſonidæ, miſer, elocat ille Creüſam.

Creon *At bis Marte Creon Thebanos rexit in armis.* Sta, theb. 10

Creta *Creta Iovis magni medio iacet inſula ponto:* verg 3. æn
Continet hæc centum, pẽ magni nominis, urbes: Hor. 3 Car
Illam Cretenſes, Creteſq́, & Creſſa colebant. Sen. in Tro
verg. 5. æn.

Creta *Vrbs Creta erat Scythiæ, gelidâ quà proſpicit Arctos.* verg. 4 æn
Flac. 1

Creteus. *Te genuit, Creteu, ventos qui numine torquet.* ver. 9. æn

Creuſa *Æneæ coniunx, Priamo prognata, Creüſa eſt.* verg 2 æn

Creuſa *Rege Creonte ſata eſt, ſponſam quam duxit Iaſon:* Ovi, in Epiſt
Hanc Medea necat, donis lethalibus, atrox. Ovid. 1 art

Criniſus *Trinacriæ reſluas urget Criniſus arenas.* Sen in med
Vergil. 5, æn

Criſpus Salluſtius *Hiſtorias Numidum Criſpus Salluſtius edit:* Hor 2 Car
In patriamq́, notat qui & te, Catilina, furentem:
Cæditur hic loris, fuit ut deprehenſus adulter. Hor, 1 ſer. 2

Crocus *Arſit amore Crocus formoſæ Smilacis, atqui* Ovi. 4. met
Nominis ille ſui floris tulit inde figuram,

Crœſus *Principe Lydorum Crœſo quis ditior unquam:* ovi. 4 pont
Fortunam inſtabilem, Cyro victore, fatetur.

Cromna *Littus ad Arctoũ eſt Aſiæ urbs tibi, Cromna, minoris.* Flac 5

Croton *Vrbe Crotone Itali gaudent, quæ Marte celebris.* ovid 15 met

Crotopus *Argivûm quondam geſtavit ſceptra Crotopus:* Sta, Theb 1

Cropotiades Linus *Inde Cropotiaden regis dixere nepotem.* Ovid. in lib.

Cruſtumeri urbs. *Cruſtumeros Latij tenuerunt, ſedibus urbem.* Verg. 7. æn.

Cruſtumium. *Cruſtumium Auſoniæ, curſu, demurmurat amnis:* Luc. 2.

C V

Cumæ. *Ad mare, Cumarum Campania continet urbem.* Luc. 1.

Cupido. *Te parit alma Venus, non certo patre, Cupido.* Verg. æn
Ovid 4 faſ.

Cupra. *Littore in Appuleo, vetus urbs ſtetit Itala Cupra.* Sil. 8.

Cures. *Vrbs præclara Cures, priſcis habitata Sabinis.* Ouid. 2 faſ.

Curetes. *Creta tulit populos, priſci dixere, Curetas:* Luc. 4.
Quos Naſo affirmat (mirum eſt) ex imbribus ortos. ovid. met. 4.

Curio. *Cæſarem in arma ciet venali, Curio, lingua:* Luc. 1
Quem cum militibus, ſternit Iuba Maurus in armis. Luc, 4

Curius. *Delectant Curium frugalia fercula Romæ:* Hor. Epiſt.
Imperat interea pauper vel habentibus aurum: Mar. 2
Imò Lucanis, Samnitibus atque Sabinis Clau, Ruf.
Iam domitis, lætos egit, poſt bella, triumphos. Luc lib 6. Luc, 10

Curtius. *Curtius ob patriam, in telluris ſaltat hiatum.* Ver. de culi-ce

C Y

Cyane. *Vertitur in fontem Cyane, Trinacria virgo.* Ovid, 5. met

Cyaneæ duæ inſulæ. *Cyaneæ Euxino clauduntur in æquore, tractus* Flac. 4
Bini, quos etiam vates Symplegadas aiunt. Luc. 2
Ovid. 1, Triſ

Cyanee *Cyanee proles Mæandri, fluminis, illa* ovid. 5 met
Mileto peperit Canumq́, & Byblida triſtem. ovid 9, met.

Cybale. *Pauper erat Symilus, Cybale cui ancilla laborat.* Ver in mo-reto

Cybele. *Saturni Cybele Cælo Terraq́, creatur:* Claud 3 de rap
Ops & Rhea fuit, mater quoque magna vocata. Sil. 17.

Cyclades inſulæ 53. circa Delum. *Circuit Ægæum: regiones Cycladas, æquor:* ver. 3, æn,
Quas circumiectas, Delos proſpectat, in orbem. Ovid, 3 triſ.

Cyclopes. *Bronteſq́, Steropeſq́, & nudus membra Pyracmon,* vergil 8 æn
Neptuno geniti, Cyclopes fulmina cudunt.

Cycnus

Cycnus. *Cycnus Marte ſatus, proſternitur Herculis armis.*

Cycnus. *Cycnus Neptuno genitus, quem lædere nulla* Ovi. 12, met
Arma queunt: cui vitã adimit ſine ſanguine Achilles
Contrito: fit avis, ſervato nomine primo.

Cycnus Stheneli filius. *Sic ea fata tulit Ligurum rex, dum Phaëtontis* ouid, 2 met
Chari deſleret, Cycnus quoque, triſtia fata. Verg. 10. æn

Cydippe *Cydippen deamas pulchram, ſubtilis Aconti:* Ovid, Epiſt.
Carminibus malo inſcriptis quam fallere gaudes.

Cydnus. *Terra Ciliſſa, rigat Cydnus te, leniter, armis.* Tibul. 1.

Cydon. *Vrbs populoſque Cydon, fert quos Minoïa Crete.*

Cyllarus *Cyllarus eſt ſonipes domitus Pollucis habenis.* verg. 3. geor

Cyllene. *Mons ſtat in Arcadia Cyllene, ubi naſcitur Hermes:* ovid faſ 5
Verg, 8

Cyllenius. *Mercurio, nomen venit Cyllenius inde.* Luc, 1

Cymes. *Diſcitur a priſcis, Cymes, Cumæa Sibylla.* verg 1. æn
Sil. 13

Cymenus lacus *Herculis ex foſſa Cyminum dat Hetruria ſtagnum.* Ver. 7. æn.

Cymedocea *Cymodocèa fuit Nereo ſata, nympha marina.* verg. 10. æn.

Cymothoe *Illi Cymothoë ſoror eſt, Nereïa proles.* ver, 1 æn

Cynici. *Cuiuſvis vitium Cynici mordere ſolebant.* Perſ ſat 3

Cynips. *Ad Syrtes, Cynips, Libyæ rigat amnis arenas.* Clau. Ruf.

Cynoſura *Vrſa minor, Graïjs aptè Cynoſura vocatur.* Ovi. 3, faſ,

Cynthus *Mons Deli totam regionem Cynthus inumbrat:* verg 1 æn
Hic peperit Latona, ſacro cum fratre, Dianam verg. 3. geor

Cynthia *Cynthia quæ fertur: Phœbus quoque Cynthius inde.* Luc. 1

Cynthius

Cypariſſus. *Te Cypariſſe puer cupreſſum effecit Apollo:* Ovi, 10, met.
Quem Telepho perhibent Myſorum principe natum.

Cypariſſus urbs *Hinc Graia urbs tenera multùm fæcunda cupreſſo.* Stat. Theb, 7

Cyprus. *Fertilitate Cyprus dives, Veneri inſula ſacra,* Hor, 1 Car
Ponto clauſa, inter Syrios Ciliceſq; feroces. Luc 3

Cyrene. *Penèo amne ſatam Cyrenen ſtuprat Apollo.* Ver, 4, Geor

Cyrenæ. *Hinc Cyrenarum Libyes agnoſcimus urbem.* Luc. 9.

Cyrnus inſu. quæ & Cyrne dicitur, *Hetruſco Cyrnus circundatur inſula ponto.* Verg. 9 æn

Parnaſſum

Cyrrha *Parnassum iuxta Cyrrha urbs, tibi Phœbe, dicata.* sta. Theb 7
Cyrus *Persarum princeps Cyrus Cambyse parente:* Luc 3.
Hic Asiam totam, parteſq; ſubegit Eoas: Luc 8
At miserum, ut tandem invadit Mœotica regna, Luc. 8
Obtruncat Tomyris regina, necatq; phalanges:
Et capiti insultat, ſatiato ſanguine, Cyri.
Cyta *Vrbs Cyta Colchorum, diris corrupta venenis.* Flac 6
Cythera insula *Sunt Cretam verſus, Veneri ſacrata, Cythèra.* verg. 10. æn
Cytherea *Hinc Cytherea Venus, docto celebrata Maroni.* ver, 1. æn & 5
Cytheron mons Bœot. *Mons ſacer eſt muſis, Bromio, Phœboq; Cythæron.* Ver. 3 Geor
Cythnos vna ex Cycladibus *In ponto Ægæo, prope Delum, eſt inſula Cythnos.* Ovid, 7. met
Cytiſorus *Progenuit Phryxus Cytiſorum portitor Helles.* Flac 5
Cytorus mons *Paphlagonum buxo gaudet viridante Cytorus.* Ver 2 Geor
Cyzicus, *Cyzicus inſula & urbs, quas vnda Propõtidis ambit.* ovid. 1 Triſ

D A

Daæ *Gens Nomadum tenuere Daæ Mœotidos oras.* ver, 8 æn
Dacia *Queis hærent Daci, te iuxta Sarmata, gentes:* Ver. 2 Geor
Daci *Quas à Germanis ſeiungit, flexibus, Iſter.*
Dædalion *Prudens Dædalion belliq;, ferocior armis,* Ovi. 11. met
Lucifero ſatus, in volucrem mutâre rapacem.
Dædalus *Dædalus ingenio fabrili claruit, alas* verg 6 æn
Ipſe ſibi fingit, fugiens Minoïa regna: Flac. 1
Hunc apri perhibet laniatum dente poëta. Mart
Dalmatia *Dalmatia Illyrij regio, vicina Liburnis:* Luc, 2
Dalmatæ *Illam Romanæ ditioni Octavius addit.* Mar, 10
Damascus *Fertilis urbs Syriæ palmis, ventoſa Damaſcus.* Luc. 3.
Danae *Acriſio Danaë, Græcorum principe, nata:* Ovid 4. met
Iupiter hanc vitiat, fulvum converſus in imbrem.
Danaus *Belo prognatus Danaüs rex imperat Argis* Ovi in Epiſt
Quinquaginta annos, totidem qui ex coniuge natos

Suſci-

	Suscipit: hinc Græci, Danaï de rege feruntur.	Verg. 2. æn
Danubius	*Danubius dirimit, Dacorum a finibus, amnis*	Ouid 2. Trist
	Germanos: Grayjs (Europæ maximus) Ister.	Ouid 1 pon
Daphne	*Phœbi stupra timens in laurum vertere, Daphne.*	Ouid. 1. met
Daphnis.	*Mercurio genitus, dat rustica carmina Daphnis.*	Verg in Buc
Dardania	*Dardaniam dixere olim quæ Troia vocata est:*	ver 4. æn
Dardanus	*Nã, ex Iove & Electra generatur Dardanus, ortum*	Ouid, 4, fast,
	Qui Priamo exhibuit, Troiæ pater urbis & author:	ver 3. æn
Dardanidæ	*Hinc quoque Dardanidæ Troiani ritè feruntur.*	ver 2 æn
Dares Trojanus	*Marte Dares poliens Æneam sublevat armis.*	ver 5. æn
	Vt fatis cessit Cambyses, sceptra ferebat	Clau ad Adria
Darius.	*Persica Darîus, cui Xerxes linquitur hæres.*	
Darius.	*Alter Alexandri contempsit prælia magni:*	
	Quem ter Pellæus, miserum superavit & illum,	ovid in Ib
	Serve, scelus, Dominum fugientem Besse trucidas.	
Daulis.	*Phocadis urbs Daulis: Nasoni hinc Daulias ales.*	
Daunus Apuliæ rex	*Daunus Pilumno Rutulus Danaëq; creatus:*	Verg. 10. æn
Daunus.	*Hic Daunum genuit clarum tibi, Turne, parentem.*	Verg. 10. æn
Daunus.	*Daunus at Ausonios fines rigat, Appulus amnis.*	verg. 12. æn Hor. 3. Car

D E

Decii.	*Pro patria Decÿ dÿs se vovere Quirites.*	Clau in pan. Hono.
Deianira.	*Rege sata est Oenêo Calydonis Deïanira: hanc*	Ovi. in Epist
	Aufert Alcides Achiloo: pugna sit inde,	ovid. 9. met
	Quare x Herculeis Achelous sternitur armis:	
	Hæc mortem Alcidæ mærens, se fuste trucidat.	Ovid 9 met
Deidamia Lycom. filia	*Deidamîa parit Pelidæ regia Pyrrhum.*	Proper 2
Deione nympha.	*Miletum tibi pulchra parit Deïone Apollo.*	Ovid, 9, Met
Deiopeia.	*Iunonis nympha est pulcherrima Deïopeia.*	ver. 1. æn
Deiotarus	*Deiotarum Galathis regem fecere Quirites,*	Luc. 5.
	Contra hic Cæsareas, Pompeï partibus hæsit.	vide orat Cicer.

Dum

	Dum reus hinc agitur, defenditur ore diserto:	pro neg dejor verg. 6 æn
Deiphobe	*Deiphobe Glauci nata est, Cumæa Sybilla.*	
Deiphobus	*Deiphobus Priamo est Hecubaq; parentibus ortus:*	ver. 2 æn
	Proditione Helenes quam duxerat, interfectus.	
Delos	*Æquoris Ægæi Delos, viget insula Phœbi:*	ovid, 5, met, ver. 3, æn
	Hic Latona Iovi Phœbum parit, atq; Dianam.	Ovid, 4 pon,
Delius Delia	*Delius hinc Phœbus, seu Delia dicta Diana est,*	Ovid 3. met.
Delphi	*Phocidis urbs Delphi: dedit hic oracula Phœbus:*	Ovid. 4, Trist,
	A Christi adventu Delphis oracula cessant.	Ovid. 1, met Iu sat. 6.
Demetrius	*Antigono Macedûm rege est Demetrius ortus.*	
Demetrius	*Alter comœdus ludos Demetrius egit.*	Iu 3 sat
Democoon	*Democoonta satum Priamo prosternit Vlysses.*	
Democritus philosophus	*Democritus mundi conatus risit inanes.*	Hor. Ep,
Demodocus	*Demodocus vates, cantans privatur ocellis,*	Ovid. Ib.
Demoleus	*Demoleum Æneas lorica privat Achivum.*	ver. 5. æn.
Demophoon	*Demophoon Theseo natus moderatur Athenas:*	Ouid, Ep.
	Phyllidis hospitio susceptus, fallit amantem.	
Demosthenes	*Rex Macedûm tremuit Demosthenis ora diserti:*	Iu Sat. 10
	Qui sese ipse necat, ne invitus cerneret hostem.	
Deois	*Deois Graijs, Latijs Proserpina fertur,*	Ovid. 6. met
Deucalion	*Deucalion, vigili satus est qui patre Prometheo,*	Ovid. 1. met
	Cum Pyrrha vixit, terras quando obruit unda.	ver 1, Geor.

D I

Dia	*Ægæo ad Delum circundatur æquore Dia.*	Ovi. 1 de art
Dia	*Thessala Dia etiam, quam condidit Æacus, urbs est.*	
Dia	*In Peleponneso Dia urbs contermina ponto.*	Car. de nup: Pelopis
Diana	*Cum Phœbo peperit castam Latona Dianam.*	Hor, 1, Car,
	Cultricem nemorum, terra cæloque potentem.	verg. 1, æn
	Hæc etiam fertur Latonia, Cynthia, Luna.	Luc. 1 Ovid, 9, met
Dicte	*Mons Dicte Cretes: Dictæa hinc littora vati.*	Luc, 9

Dictynna

Dictynna	*Dictynna auspicijs venatur nympha Diauæ.*	Verg.in Cir.
Dictys	*Pirythoï Dictys Centaurus sternitur ictu.*	ovid.12 met
Dido	*Elonata fuit Tyriorum principe, Dido*	Verg. 1, æn,
	Sichæi coniux: struxit Carthaginis arces:	Ovi.in Epist
	Hospitio Æneam cœpit (prius orba marito)	verg.1.æn
	Cui nupsit: sese, quo discedente, trucidat.	verg 4 æn
Didymaone	*Gaudebant veteres armis Didymaone factis.*	Ver.5.æn,
Didyme	*Insula Trinacriæ, Didyme, circundata ponto.*	Ovid.7.Met
Didymus	*Grammaticus Didymus, ter quinq; volumina scripsit.*	Ovi. 4. fas, Mar 13
Diespiter.	*Ritè Iovi nomen solet esse Diespiter alto.*	Hor, 1, car,
Dindymus	*Vertice contingis, Phrygiæ mons Dindyme, nubes:*	Verg. 9 æn
	Dindymene, a monte hoc, Cybele est ubi culta, vocata.	Mar, 8
Diodorus.	*Perdoctus Logices Diodorus fertur Aruspex:*	Auso in Epi.
	Fontibus è cuius Logicen quoque Tullius hausit,	
Diogenes.	*Diogenes mundum sophiæ contempsit amore.*	Aus.in Epig.
Diomedes	*Ætolûm princeps Diomedes, præter Achillem*	ver. 1. æn
	Aiacemq;, fuit Danaûm fortissimus heros.	verg.12.æn.
Diomedes	*Rex Thracum alter, equos humana carne cibavit.*	ovid.9,met,
Dione	*Oceani proles, Veneris materq; Dione:*	ver,3 æn
Dionæa	*Nympha Dionæa est, Venus hinc, de matre, vocata.*	ver 3. æn
Dionysius	*Trinacriam rexit Dionysius ille tyrannus.*	Hor, ser, 1 6
Diore	*Occidit Turnus, Priami de stirpe, Diorem.*	ovid.met.5, æn 12.
Dipsas flu.	*Monte videre licet Tauro Dipsanta cadentem.*	Luc 8
Diræ	*Tartareæ ultrices, Diræ, sunt nocte creatæ,*	verg.4,æn
	Torquentes miserè malè quæ sibi conscia corda.	Verg 12 æn
Dirce	*Sponsa Lyci Dirce, Thebarum sceptra ferentis:*	prop.3.ovid
	Quam gemini Antiopæ, caudæ annexere caballi.	lb & 2 met.
Dirce Thebanus	*Zetus & Amphion: vertit miseratio divum in*	sta syl a
Dircæi	*Fontem: Dircæi Thebani a fonte vocantur.*	Luc,3,
Dis	*Tartara Dis torquet dives Saturnia proles.*	ver in Bu,
Divona	*Divona Gallorum fluvius, medicina bibenti.*	Luc,1. ver.6.æn.

D *Chaonia* Auson. de cla, urb,

D O

Dodona	*Chaoniæ Dodòna Iovi urbs ſacrata Tonanti:*	Ovid 4. Triſ 6. faſt
Dodona ſylua	*Cui nemus hic ſacrum promens oracula genti.*	Ver. 1. Geor
Dodone	*Dodonen Europa Iovi peperiſſe putatur.*	Luc. 1.
Dolon.	*Enſe Dolon perit, ut Danaos ſpeculator adibat.*	verg. 12. æn
Dolopes	*Theſſala gens Dolopes, Troiæ petiere Duellum.*	verg 2 æn
Domitius.	*Pompeï, pugnax Domiti, dum ſigna tueris,*	Luc. 3.
	Ecce, tuæ ad Caium, vah, te traxere cohortes.	
Donyſa	*Inſula marmor habes Ægæo clauſa, Donyſa.*	ver. 3. æn
Dorion	*Vrbs Peloponneſum decoravit Dorion amplam.*	ovid. 7. met Luc. 6.
Doria Dorus	*Dorus Neptuno ſatus eſt: hinc Doria Graios*	Sil. 15.
Dores	*Fert regio Dores, vallant qui Dorica caſtra.*	ver. 1. æn.
Doris	*Oceano Doris prognata eſt, nympha marina.*	
Doryclus	*Prognatus Priamo eſt, Hecuba non matre, Doryclus.*	Home. Ili.
Doryclus	*Alter Agenorides, Phineo qui fratre celebris.*	ver. 5. æn
Dorylas	*Dives agri Dorylas, Perſeus quem, iure, trucidat.*	Ovid. 5. met
Dorylas	*Alter Pirothoï Dorylas, convivia turbat.*	Ovi. 12. met
Doto	*Nympha maris Doto, Nereïa nata, Maroni.*	ver. 9. æn

D R

Drances	*Infenſus Turno Drances pro rege Latino*	Verg. 11. æn
	Orator, qui dives opum, quiq; ore diſertus:	verg. 11. æn
	Imbellis tamen, & vix unquam animoſus in armis.	ver. 12. æn
Drangæi.	*Drangæos aluit populos Mæotidis ora.*	Flac. 6
Drepanū.	*Trinacriæ urbs Drepanum, Lilybæo proxima monti.*	verg. 3. æn
Drevanus	*Mons Peloponneſi Drevanus, qui cautibus horret.*	Stat Theb. 1
Druentia flu.	*Ingreditur Rhodanum, per ſaxa, Druentia, flumen.*	sil. 3
Druidæ	*Gallorum Druidæ curabant ſacra celebres.*	Luc. 1.
Druna	*Gallorum humectat fluvius Druna ſpumifer agros.*	Auſon 10
Druſus Romanus	*Aſdrubalem ſuperat Druſus, ſubeunte Nerone.*	ver. 6. æn
Druſus	*Druſi fata dolet, peperit quem Livia, Naſo.*	ovid de morte Druſi

Nymphas

Dryades *Nymphæs ſylvarum Dryades cecinere Poetæ.* Ver 1 Geor

Dryantiades *Aio Dryantiadem quem poſt vocitabo Lycurgum.* ovid in Ib

Dryas *Patre Dryante: patrem necuerunt arma Dianæ.*

Dryopes *Epiri Dryopes populi regionis habentnr.* Luc 3.

D V

Dulichium *Dulichium Ionio circundatur, inſula, ponto.* ver 3. æn

Duras *Gallorum fluvius Duras humectat arenas.* Auſo in Edy

Duria *Labitur Hiſpanos per fines, Duria flumen.* Clau in laude Sere.

Durius *Te rigat amnis, item, Durius Tarteſia tellus.* ſil, 1

D Y

Dymas *Æneæ comites hærent Hypaniſq́. Dymaſq́.* ver 2 æn

Dyme *Vrbem vicinam Ponto dat Achaïa Dymen.* Sta, Theb 1

Dyrrachium *Dyrrachiũ Adriaco Macedũm urbs contermina põto.* Luc, 6

E B

Ebuſus inſu. *Cincta Ebuſus, iuxta Baleares æquore, nullum hîc Infeſtum eſt animal, lethalia nulla venena.* Sil. 3.

Ebuſus *Aſt Ebuſum ſternit Chorinæus torre, Maroni.* ver, 12, æn

E C

Echiades *Includit geminas Acheloüs Echinades alto.* Luc, 6

Echion *Præbet opem Cadmo, Thebas dum condit, Echion:* Sta, 4 Theb.
Hinc & Echioniæ Thebani aliquando feruntur. Luc, 6

Echo *Echo, Narciſſi fruſtra dum captat amorem,* ovid 3 met
Vertitur in petram: vocem hinc reſonabilis edit.

E D

Edon *Finibus Emathiæ Thracum mons iungitur Edon.* stat 4

Edonides. *Sacra furore canunt tibi Baccho, Edonides, Evan.* ovid

Ection *Thebarum Eëtion princeps: ſocer Hectoris idem.* Ovid, 4, faſ,

E L

Elateus *Qui ſatus eſt Elato, Cæneus Elateïus, ictu* ovid 12 met
Vulnera nulla timens, ac imperfoſſus ab omni.

Electra *Electra Oceani proles, & Tethyos almæ:*

Qua

	Qua prognata fuit, genitore Atlante, celebris	ver, 8 æn
Electra	*Nympha Electra: Iovi fertur qua Dardanus ortus.*	Ouid. 4 fas.
Eleleides.	*Sacrificant Baccho furijs Eleleides actæ.*	Ovi.in Epist
Elephantis poetis	*Conscripsit molles, Elephantis fœda, libellos.*	Mar.
Eleusis	*Iuxta Cecropidas urbs est Cerealis Eleusis:*	Sen. in Tro,
Eleusius	*Hic Cererem hospitio suscepit Eleusius: illum &*	Ovid. 7. met
	Triptolemum hæc docuit terras proscindere aratro.	ver 1 geor,
Eleusina	*Hac & Eleusinæ Cereri cognomen ab urbe est.*	ver. bid,
Elicius	*Iupiter Elicius fertur, dum fulmina torquet.*	ovid fas 4
Elis regio Elis urbs	*Quam rigat Alpheus regionem, dicitur Elis*	sil 15 pro 1
	Argolica: hæc urbem, regio fert Elida claram:	Sen. in Tro,
	Eliadum palmas certantes inde tulerunt.	Ver 1, Geor
Elorus	*Trinacriæ campos fœcundat flumen Elorus.*	verg 5. æn.
Elpenor	*Redditur ut formæ consors Elpenor Vlyssis*	Ovid. 5. Tris
	Humanæ, moritur tecto delapsus ab alto.	In fat 15
Elysium	*Trans Acheronta, animæ Elysium coluere beatæ.*	verg 5 æn, verg 6 æn
Elysij campi	*Hic etenim Elysios miratur Græcia campos.*	verg. Geor.

E M

Emathia	*Emathia est regio Thracum quæ finibus hæret,*	Luc. 1.
	Thessalia hæc alibi, nec non Macedonia fertur:	Luc. 7
	Romanas acies ubi bis videre Philippi.	Verg. geo.
Emerita urbs Hisp.	*Hispanæ Emeritæ tinguntur vellera cocco.*	Auson. de clar urb.
Empedocles	*Insilit Empedocles, Deus ut credatur, in Ætnan,*	Hor. de art.
Emporiæ urbs hisp.	*Emporias, inter urbes numeramus Iberas.*	sil 3

E N

Enceladus	*Titano terraq; Gigas generatur iniquus*	Vergil. 3. æn
	Enceladus, qui bella Iovi, cum fratribus, infert.	
Enchelex	*Illyris Encheleas Cadmæam continet urbem.*	Luc. 3
Endymiō.	*Endymion pastor, lento celebrabere somno.*	Mar. 10

Iuxta

Eneti	*Iuxta Paphlagonas Eneti manſere feroces.*	proper.2
Eniochi	*In Ponto Eniochi rapto vixere latrones.*	Luc.3.
Enipheus.	*Emathiæ tumidus, campos humectat, Enipheus:*	Ver.4, Geor
	Pompeium hîc ſuperat, miſerando funere, Cæſar.	Luc.7
Enna	*Trinacriæ centrum, priſcis, urbs Enna vigebat.*	sil.14
Ennius	*In Latijs vates te nemo vetuſtior Enni:*	Hor 2 Epiſt.
	Sobrius, ut perhibent, nunquam qui carmina condis.	Ovid. 1 am.
Ennoſigæus	*Ennoſigæe fretum ſceptro moderare tridenti.*	Iu. Sat, 10
Enope	*Vrbs Peloponneſi eſt Enope, ditionis Atridæ.*	Hom. Il 9.
Entella	*Trinacriæ urbs, multum præbes, Entella, Lyæi.*	Sil.14
Entellus	*Præcipitem ceſtu ſuperas Entelle Dareta.*	ver, 5 æn,
Enyo	*Bellorum Domitrix ſoror armipotentis Enyo,*	Mar, 1.

E O

Eos	*Aurora eſt Latijs, Graijs quæ dicitur Eos.*	ovid, 4 faſt.
Eous	*Solis equi Pyroïſq́, Phlegonq́, & Eoüs & Æthon.*	ovid. 2 met

E P

Epaphus	*Io Epaphum peperit, genuit Saturnia proles.*	ovid. 1 met
Epeus	*Endymione ſatus, dolierat fabricator, Epeus.*	verg. 2, æn
Epheſus	*Vrbs Aſiana Epheſus, templo celebrata Dianæ.*	Hor 1 Car.
Ephialtes.	*Neptuno ſatus eſt Ephialtes, corpore miro.*	ver. de cul
Ephyre	*Vrbs Peloponneſi eſt Ephyre, quæ & dicta Corinthus.*	Luc, 6
Epicharmus	*Comice Trinacrijs gaudes, Epicharme, theatris.*	Hor 2 Epiſt.
Epicurus	*Suaſerat haud paucis Epicurus, ut optima quæque*	Hor Epiſt. 1
	Eſſe voluptati contendant ſubijcienda.	Lucr 3
Epidamnus,	*Epiri Ionias latet urbs, Epidamnus ad undas.*	Luc 2
Epidaurus	*Vrbs Peloponneſi domitrix Epidaurus equorum.*	Verg. 3 geo.
Epidaurus	*Altera at Illyricas Epidaurus vergit in undas.*	Luc 2.
Epimenides	*Carpit Epimenides luſtris ter quinque ſoporem.*	ovid 1 met
Epimetheus	*Qui ſatus Iapeto eſt, finxit ſimulacra Epimetheus*	
Epimethis	*Ex limo: hinc a patre vocant Epimethida Pyrrham.*	ovid 1 met
Epirus	*Epirus regio Graiorum finibus haret:*	ver. 3 geor.

	Quam dirimit fluvius regionem Acheloüs ab ortu:	ver.3.æn.
	Sic & ab Occaſu, ſcopuloſa Ceraunia montes:	Luc 2
	Finibus a Macedûm gelidam quà proſpicit Arcton:	
	Quam ferit Ionius pontus, quà murmurat Auſter.	
Epopeus	*Eſt in Delphinum converſus navita Epopeus.*	Ovid 3 met.
Epulo	*Pro Turno bellantem Epulonem obtruncat Achates.*	verg. 12. æn

E R

Eraſinus	*Labitur Argolicis ingens Eraſinus in agris:*	Ovi. 15. met
	Sub terris primò fluit, hinc ſeſe exerit, amnis.	Sta, Theb 1
Erato	*Plectra gerens Erato, muſarum ſexta vocatur.*	ver 7 æn
Erebus inferorum Deus	*Infera regna Erebus, natus caligine, torquet.*	verg 5 æn
Eretum	*Ad Tiberim, Ereto gaudebant urbe Sabini.*	verg. 7. æn.
Ericates	*Æneam contra tadit ictus Marte Ericates.*	Verg. 10. æn
Erichteus	*Cecropidum princeps nutrit quem Pallas Erichteus.*	Verg in Cir.
Erichtonius	*Cretus Erichtonius Vulcani ſemine fertur*	Verg. 3. geo.
	In terram fuſo, currus qui præbuit uſum.	
Erichto	*Fama veneficij celebrem te reddit Erichto*	Luc, 6
	Theſſala: tartaream furiam quam Naſo fatetur	Ovid, Epiſt.
Eridanus.	*Auſoniæ Eridanus fluviorum maximus: (amnem*	ver 4 Geor.
	Nomen habere ferunt vates ab Apolline nato:)	ovid 2 met
	Monte fluens Veſulo, Adriacum qui tendit in aquor.	Verg. 6 æn prop 1
Erigone	*Penelopes ſoror Erigone, dum fata parentis*	ovid. 5 met
	Icarij doluit, ſuſpenſa volavit ad aſtra.	ver. 1 geor.
Erynnis	*Tartareas torques umbras furialis Erynnis.*	ve g 12 æn ;
Eriphile vide Amphiaraus	*Bella virum prodit vitantem ſæva Eriphyle.*	verg. 6. æn
Ereſichtone	*Cum fuit alma Ceres Ereſichtone ſpreta, prophano:*	Iu ſat 6 Ovid, 8 met
	Diva fame hunc urget vel mandere corporis artus.	
Ero	*Quæ ſacra dat Veneri Leandrum Seſtias Ero*	Stat. Theb, 6
	Mutuò amat, mortis cauſas quod gignit utriq;.	Ouid, Epiſt, Luc. 9
Erimanthus	*Monte Erimantho olim gaudebant Arcades: illic*	Claud. Bel. Get.

Perculit

	Perculit Alcides immensis viribus aprum.	ver.8, æn Flac 1
Eryx.	*Natus Eryx Veneris Bute genitore, peremptus*	Verg 1 & 5 æn
	Herculeo cestu: perijt, quam reperit, arte:	
Eryx	*Trinacriæ monti nomen dedit ille sepultus:*	Ovi.2 de art
	Ille quidem Zephyro mons vento semper apertus.	ovid, 4 fast.
Erycina	*Alma, Erycina Venus, Siculo de monte, vocata est.*	Ovid.2, met
Erythræ	*Bœotum urbs quondam, pecorum prædives, Erythræ.*	sta Theb 7
Esernia	*Samnites alluit, vetus urbs Esernia, priscos.*	Sil.8,

E T

Eteonos	*Densa iugis urbs est Bœotum Eteonos iniquis.*	sta.Theb 7,
Etheocles frater Polynicis.	*Oedipode satus est Etheocles, matre Iocasta,*	sta Theb
	Concubitu incesto, fratrem qui marte superbum,	
	Atque illum frater, regnandi ardore, peremit.	Ver.de culice
Ethalion	*Ethalion fertur Tyrrhenus navita, vati.*	Ovi.13, met

E V

Evadne	*Evadne Thebes ac Martis filia, chari*	Verg.6, æn,
	Membra cremanda dedit, doluit cum fata mariti.	Ovid,4. met
Evan Evãtes.	*Evantes Bacchum celebrant, qui & dicitur Evan.*	ver,6 æn,
Evander	*Arcadiæ Evander princeps Carpente creatus:*	ver,8 æn
	Exulat Arcadia, casu genitore perempto.	Verg 10 æn
Evander	*Nobilis Evander cælator, vixit Athenis.*	Hor, 1 ser.
Evantes	*Evantem Phrygium pandit tibi musa Maronis.*	Verg.10.æn
Evarchus.	*Evarchus Scythiæ fluvius fœcundus olorum.*	Flac 1
Eubœa	*Eubœa Ægæo præcincta est, insula, ponto.*	Luc. 2.
Euclides	*Euclides nulli cessit, geometra doctus.*	Mar 5
Eudoxus	*Astrorum Eudoxus motus descripserat aptè.*	Luc.10
Evenus	*Ionium, Evenus Graius fluit amnis in æquor.*	senec tra 10
Euganei	*Adriaco, Euganei retinent loca proxima, ponto.*	Ovid.9. met Iusat 8
Eugius	*Trinacriæ scopulis mons duris Eugius horret-*	sil,14

Euhyus	*Euhyus accedit reliquis cognomen Iacchi.*	Iu.Sat.3
Eumelis	*Calluit Eumelis casus aperire futuros.*	Stat sil,4
Eumedæ	*Eumedæ populi servant Mæotidis oras.*	Flac 1
Eumenides	*Eumenides furiæ, coluerunt tartara, Diræ.*	Luc 3
Euphorbus	*Euphorbum Teucrum Menelaüs perculit armis:*	Ovid 5.met.
	Hunc in Pythagoram conversum Naso canebat:	Ovi.15.Met
Euphranor	*Euphranor cælat, pingitq; coloribus aptè.*	Iu 3 sat
Euphrates	*Occiduas Asiæ Euphrates perlabitur oras:*	ver 4 geor.
	Teq; secat Babylon: hinc rubrum tendit in æquor.	vergil 8 æn Luc 3
Euplea insu.	*Cincta mari Hetrusco est fælix Euplea carinis.*	Sta. sil 2
Euripus inter Bœotiam & Euboeam 24 horarum spatio septies recurrit	*Euripus (rapido fervet quà gurgite pontus)*	Flac 1
	Pars angusta maris, Bœotum littora turbans	sene trag,1
	Eubœaq; trahit (cursum mutantibus undis)	Luc,5
	Ac trepidas retrahit, summo discrimine, naves,	Sene. Tra 6
	Terq; quaterq; orbem quoties Sol ambit apertum.	
Europa	*Tertia pars orbis (sic dicta ab Agenore nata)*	Ovi.in Epist pro,2,
	Europa: Hanc Asia Tanaïs secernit ab ortu:	Ovid.2, met
	Pontus ab occasu Atlantis de nomine: ab Arcto	verg 1 æn
	Qui rigat Oceanus divisos orbe Britannos:	
	Et mare quod medium Libya seiungit ab Austro.	
Eurotas	*Eurotas fluvius pertransit murmure Spartam,*	senec tra 8
Eurus	*Vulturnus Latijs, Grajs qui dicitur Eurus.*	ver,1 æn
Euryale	*Neptune Euryalen deamas Minoë creatam.*	
Euryalus	*Troïus Euryalus cum Niso fœdera pangit,*	Verg. 9 æn
	Occisi, Rutulis, ambo cecidere, peremptis.	
Euryalus	*Rex Argivus erat quo nomine, & histrio dictus.*	Iuven
Eurybates	*Mittitur Eurybates raptum Briseïda Achilli.*	Ovid, Epist.
Eurybatus	*Eurybatus latro, ut specimen dedit artis, abivit:*	Hom 19 Odyss
Euryclea.	*Euryclea pedis de tubere novit Vlyssem.*	Ibidem
Eurycion.	*Eurycion fulvo varias res cælat in auro.*	verg,10.æn.
Eurydice.	*Eurydice coniunx Orphei, cadit icta colubro:*	Verg. 4.æn,

Defun-

Defunctam út revocet, petit infera regna maritus.

Eurylochus. *Dum comites Ithaci Circe grunnire coëgit,* Hor. Epist.
Tabifica Eurylochus ſolus data pocula fugit. Ovi, 14. met

Eurymedon *Filius Eurymedon Fauni, patris armiger idem.* Sta, theb. 14

Eurynome *Eurynome Oceani proles & Tethyos almæ.* Ovi. 4. met

Eurynome *Altera prognata eſt Phœbo, tua mater Adraſte.*

Eurypilus *Herculis Eurypilus proles, fuit Augur Achivûm.* Verg. 2, æn

Euryſtheus *Euryſtheus Stheleno natus, dat iura Mycenis:* verg. 3, æn
Hîc movet Alciden, motus Iunonis iniquæ Ver. geor. 3,
Inſtinctu, duros rerum perferre labores: Flac. 1
Queis tamen exhauſtis, decus immortale paravit.

Eurytus *Eurytus Oechaliæ rex, Herculis occidit armis:*

Eurytis *Eurytis hinc nata eſt, Alcidæ ſponſa cupita.* Ovid 9 met

Euterpe *Euterpen doctam delectat tibia Muſam.* ver. in epig.

Euxinus pontus. vide Axenus *Alluit Euxinus Byzantia littora pontus:* Ovid. 4 triſt.
Hic geminus raucas eructat Boſphorus undas. ovid, 4, de ponto,

Exomatæ *Exomatæ Scythici te concomitantur, Iaſon.* Flac. 1

Exquiliæ *Ad montem Exquilias Romanum Tullus agebat.* Ovid faſt,

F A

Fabaris *EX Fabari potant ſitientes amne Sabini.* Ver. 7. æn.

Fabij *Romanos decorat Fabiorum clara propago.* Ovid, 3. faſ,

Fabius Maximus *Pœnorum Fabius cunctando conterit arma* Ver. 6, æn,
Maximus, exultat dum ſtrenuus Annibal armis. Sil.

Fabrateria *Campanam Fabrateriam colit Italus urbem.* Iu ſat. 3.

Fabricius. *Fabricius parvo contentus, munera regum* verg. 6 æn
Qui ſpernit, Pyrrhum & Samnites Marte laceſſit.

Fadus *Euryalus Fadum pro Turni parte trucidat.* ver. 9, æn

Falernus regio Camp, *Italiæ regio vino eſt celebrata Falernus.* Mar. 5

Faliſci Italiæ pop, Farfarus *Fœcundum Italiæ tractum coluere Faliſci.* Mar. 1.
Farfarus hic fertur, Fabarim quem diximus amnem. ovid, 5, met

Faſcellina *Trinacriæ urbs Triviæ, Faſcellina, ſacra Dianæ.* Sil, 14.

Fauna *Fauna tibi noctu matronæ ſacra parabant.*

Faventia. *Vrbs ſolita Italiæ eſt nutrire, Faventia, pinum.* sil.8,

Fauni *Numina ſylvarum Faunos agnoſce bicornes.* Ver.1.Geor

Faunus. *Pici Faunus erat proles, genitorq́; Latini* Ovid,6,Met
Fatidicus, Latij qui ſceptra vetuſta gerebat.

Fauſtulus. *Fauſtulus expoſitum paſtor cum fratre Quirinum* Ovid, 4, faſ,
Repperit, uxori placidæ quos tradit alendos.

F E

Feralia, feriæ apud Rom. *Manibus exhibuere Feralia feſta quotannis.* ovid 2 met

Ferentini popu'i *Bella Ferentini petierunt Punica Tuſci.* Sil. 8

Feretrius. *Iupiter, antiquis, vocitâre Feretrius, alme.* Proper 4

Feronia *Numine torquebat virides Feronia ſylvas.* Verg. 7 æn

Feſcennina, *Servijt Hetruſcis, urbs Feſcennina, vetuſtis.* verg 7 æn

Feſcennia *Ebria ſæpe fuit mulier Feſcennia vino.* Mar,1

Feſula *Feſula venturi, fuit urbs interpres, Hetruſca.* Sil 8

Feſtus *Se necat enſe miſer Feſtus quem mentagra torſit,* Mar.1

F I

Fibrenus *Auſonias urget fluvius Fibrenus, arenas.* sil.4

Fidena *In Latij centro fuit urbs aliquando Fidena.* verg.6 æn

Fidius. *Alma fides regitur Fidij, Iove, numine, creti.* ovid 6 faſt

Figulus Aſtrologus *Nôſſe deos Figulo curæ eſt ſecretaq́; cæli.* Luc.1

F L

Flaccus Horatius *Cognomen Flaccus, vates tibi fertur Horati,* Perſius

Valer Flac *Fatidicamq́; ratem celebranti, vellere rapto.*

Flamen *Offert ſacra Iovi, generoſo vertice, Flamen.* Luc.1.

Flaminius *Conſul Flaminius dum Punica bella gerebat,*
Ad ripas Thraſimene tuas, Pœni occidit armis. sil.5.

Roma-

Flavius — *Romanus princeps, haud paucos Flavius armis*
Proſternit: cuius Romæ fuit alma propago. — Sil 5

Flora Florales — *Florales celebrant tibi ludos, Flora, Quirites.* — Ovid. 4. faſ.

F O

Folia — *Folia, luxuriâ, celebrata venefica Romæ eſt.* — Hor in epod

Fontanus — *Naiadas à Satyris cecinit Fontanus amatas* — ovid, 4, de ponto.

Formiæ urbs — *Formiæ in Auſoniæ, Campano littore gaudent.* — Hor. 3 Car

Fornax — *Fictа Dea eſt Fornax torrendis frugibus: olim* — Ouid. 2 faſ.

Fornacalia, — *Romulëi obtulerant cui Fornacalia feſta.*

Fors Fortuna — *Romani celebrant Fortunæ Fortis honores.* — ovid faſt 6

Foruli — *Vrbem ſaxoſam Forulos coluere Sabini.* — Ver. 7. æn.

F R

Francia — *Ad Rhenum priſcos nutrit Germania Francos:* — Claud, in 4 cons. Hono.

Franci — *Queis Suevi Bavariq́, urget quà flatibus Auſter,* — In Eutro 1
Hærent: eoa propè ſunt, a parte Bohemi. — Auſon. in Edyl 9

Frentani — *Frentani Italici Dauno & Picentibus hærent.* — sil 8

Fregellæ — *Gaudebant Itali quondam, celebri urbe Fregellis.* — sil 8

Fronto — *Muneribus doctos ornavit Fronto poëtas.* — Iu ſat. 1.

Fruſino — *Vrbs Fruſino eſt Italis, agro vicina Falerno.* — Iu ſat. 3.

F V

Fulginia — *Fulginia in Latio, fuit urbs ſine mœnibus, arvo.* — sil 8

Fucinus — *Irrigat Auſonios Lacus ingens Fucinus agros.* — sil 4

Furiæ — *Nox Acheroną, amnis Furias genuere nefandas:* — ver. 4. æn
Tiſiphonem atq́ Alecto, torvamque Megæram. — Claud, de Rap.

G A

Gabij. — *Volſcorum Gabios, urbem tenuere Quirites.* — verg. 6. æn.

Gades. — *A Libya Europă dirimũt (gemina inſula) Gades:* — Luc, 3

Gadir — *Illic urbs Gadir ſolida ſupereminet arce.*

Gætulia — *Hinc procul eſt rigidus Libyæ Gætulia, tractus.* — Mar 4 & 10
Hic populi imperium, mores & iura recuſant. — Luc, 4 sil. 3

Galanthis Alcmenæ ancilla in mustellam	*Iunonem fallit, domino pariente, Galanthis:*	ovid. 9. met
	Quæ quia mendaci, parientem iuverat ore:	Ovid, 9, Met
	Ore parit, repetitq; pavens mustella, latebras.	
Galathea.	*Rustica pastoris coniunx Galathea Maroni.*	Verg. in Buc
Galathea.	*Nympha fuit, Nereï proles Galathea, marina:*	verg. Buc.
Galathea flu	*In Siculum, hanc versam, fluvium, cecinere poëtæ.*	Sil, 14.
Galatæ	*Sunt Asiæ populi Galatæ in regione minoris:*	Clau in Eutro, 1. & 2
	(Gallica gens) sedem Phrygiæ tenuere propinquam:	Luc, 7.
Galatia	*Quæ Galatîa fuit, priscis cantata poëtis.*	sta syl 1
Galba Galba	*Galba vorax lurco: parasitus nobilis alter.*	Iu sat. 5 Mar, 10
Galesus	*Italiæ fluvium, tenet ora remota, Galesum.*	Hor, 2 Car,
Galesus	*Pace bonus, rebusq; potens, iustissimus unus*	ver 7, æn,
	In Latio, fertur cecidisse Galesus, agello.	
Gallaici.	*Gallaïcos iuxta Gallos Hispania præbet.*	Mar, 1
Gallecia	*Gallis vicina est, regio Gallecia Iberûm.*	sil. 3.
Gallia transalpina & cisalpina gall. Braccata Togata Comata	*Gallia cisq; Alpes, transq; Alpes Gallia, quondam*	
	Veste triplex triplici, Braccata, Togata, Comata:	
	Hîc Belgæ, hîc Celtæ, hîc Aquitani, hãc flumine Rhenus	
	Hanc tumulis Alpes, hanc rupibus alta Pyrene,	
	Atq; mari inter no Nereüs, atq; æquore vasto	
	Oceanus, cinguntq; æstu freta lata Britanno.	
Galli	*Sacrificant Cybelæ, commoto vertice, Galli.*	Luc. 1.
Gallus	*Galle poëta, necem conscisti ob Cæsaris iras.*	ovi, 3 Eleg
Gallus	*Amnis, aqua, Gallus Phrygiæ scatet usq; salubri:*	Ovid, 4, fas,
	At facit insanum potantem largiùs unda.	
Gangaridæ	*Gangaridæ, Assyrios, populi sunt, inter & Indos.*	Ver. 3 Geor
Ganges	*Flumine, tota, vago conscinditur India Gange.*	Luc, 3
Ganymedes Trois filius	*Iupiter ardebat pueri Ganymedis amore:*	Mar 10
	Præficit hunc poclis (nata Iunone repulsa	
Ganymedes servus Arsinoes cecidit Achillam	*Hebe) hinc astra petens diffundit, Aquarius, imbres.*	Luc. 1
	Arsinoës famuli ense perit Ganymedis Achillas.	Luc, 10

Interi-

Garamantes	*Interioris erant Libyæ populi Garamantes.*	Ver. in Buc
Garamas. Garamantis	*Rex Libyæ Garamas: genuit Garamantida nympham.*	verg 4 æn
Garganus	*Appulus, Adriacas, mons it Garganus, in undas.*	Luc. 5
Gargara	*Gargara, sunt Idæ Phrygiæ fastigia montis.*	Ovid. 1 art
Gargaphie.	*Vallis in Aonia est, viridanti densa cupressu,*	Stat Theb. 7
	Nomine Gargaphie, succinctæ cura Dianæ:	Ovid. 3, me
	Hîc miser Actæon Triviam sine veste videbat.	
Garumna	*Gallorum campos præceps rigat unda Garumnæ*	Clau, Ruf. 2
	Amnis: Aquitanos a Celtis separat: æquor	Tibul. 1.
	Hinc petit occiduum, Pyrenes montibus ortus.	Cla in Ruf 1
Gaurus	*Nectare, Campanus mons Gaurus, fertilis, acri.*	sra syl 3
Gaza	*In Syria Gazam, Cambyses condidit urbem.*	Luc, 2 Luc. 3.

G E

Gebenna	*Helvetijs dirimes Aruernos monte Gebenna.*	Luc. 1
Gebennæ	*Hîc urbem spectant Aquitanica rura Gebennas.*	Auson. de cla. urb
Gela	*Vrbs Gela, flumen item Siculum: campi inde Geloï.*	Sil. 14. ver. 3, æn
Geloni	*Interiorem habitant Scythiam, picti ore, Geloni.*	Luc, 3 Ver. 2 Geor
Genius	*Naturæ Genium veteres ut numen adorant.*	Verg. 7 æn
Genauni po	*Ad Rhenum Drusus devicit marte Genaunos.*	Hor, 1, car. 14
Geneteus	*Caucasëis scopulis Geneteus mons cautibus hæret.*	Flac 5
Genusus	*Inter Dyrrachium, Genusus fluit, Emathiamq;*	Luc. 5
Geris	*Pars Asiana, Geri Scythiæ humectatur ab amne.*	Flac 1
Germania	*Summa est Europæ regio Germania: (Eoo*	ver, Buc
	Dacia fini hæret, sed Gallia terminat oras	Ovid, 4 trist. Hor, 4, Car
	Occiduas:) Italis Australi à parte propinqua.	Ovid. 2. Trist
Geryones	*Rexit Geryones Ebusum: nec non Baleares,*	ver, 8 æn
	Tergeminus: validi cecidit tamen Herculis armis.	
Getæ	*Naso Getas Scythicos celebres tua carmina reddunt.*	ovid trist & pont

G I

gigantes contra Iovem bella movent,	*Immanes quondam nati tellure Gigantes*	Ovid. 1. met
	Impia bella movent: sunt hinc Iovis ignibus icti.	2 Trist

G L *Ausus*

G L

Glaphyrus *Auſus erat Glaphyrus tædas fœdare iugales.* Iu sat. 6

Glaucus *Glaucus opem Teucris laturus bella petebat:* Mar. 5
Qui aurea pro æratis Diomedi tradidit, arma.

Glaucus *Piſcator Glaucus quondam: Deus inde marinus.* ovid 13 met

Glaucus *Glaucus equos aluit celeres, tua Siſyphe proles* Ver. Geor. 3,
Carnibus humanis, quibus hinc laniatur & ipſe.

Glyco *Prævalidum nulli ſuperabant enſe Glyconem.* Hor. Epiſt.

Gnatia *Vrbs Salentina eſt iratis, Gnatia, lymphis.* Hor, 1 ser

G O

Golgi *In Cypro Golgos curant Venus atq; Cupido.* Cat in nupt pelei ver. 6, æn

Gorgones *Phorco prognatæ valuerunt Gorgones armis:* ver. 6, æn
Quas ſuperat Perſeus bello, Africa regna colentes. Ovi, 14. met

gortys gortyn vel gortyna *Cretenſes coluere urbem Gortyna vetuſtam.* Luc, 3 & 6

Gotthi *Immanes Scythiam, Gotthi coluere nivalem:* Auſon
Barbarie Romam, qui corrupere nefanda,
Æquârunt q; ſolo, tota regione ſubacta:
Quos etiam vatum quidam dixere Gothunnos. Clau in Eutro, lib 2

G R

Gracchi *Gracchi uxor peperit binos Cornelia Gracchos:* ver 6, æn
Indolis egregiæ, ſed ſeditione celebres. Iu Sat. 10

Gracchus *Gracche cies verſu fera dicta & furta Thyeſtis.* Ovi. 4, pont.

Gradivus *Horrida Gradivus, regit ardens, numine, bella:* Luc, 1
Mars itidem fertur Geticis qui præſidet oris. verg. 3, æn

Græa *Græa urbs Bœotum terras quà circuit æquor:* Stat, theb. 7

Græcia *Europæ quondam regio, clariſſima Muſis* Ver, 1, Geor
Græcia, principium auſtrali quæ ſumit ab Iſthmo: Luc, 3
Theſſalia Arctoas, Achelöus terminat oras
Occiduas: hic Epirum ſeiungit Achivis.

Græcos

Græcorum cognomenta apud ver.	*Græcos, Argivos, Argos, Graios & Achivos,* *Graiugenasq;, Maro, Danaos vocat atque Pelasgos.*	Verg, in æn
Graviscæ	*Tuscia, castello celebri, munire Graviscis.*	Verg. 10. æn
Grynæus	*Sylva & ab urbe Asiæ, dictus Grynæus Apollo.*	Ver. in Buc. verg 4 æn

G Y

Gyarus	*Ægæo Gyarus præcincta est insula ponto.*	ver. 3. æn
Gygæus	*Gygæo alluitur, prædives Lydia stagno.*	proper 3
Gyas	*Æneam comitare, Gya, post Troïca fata.*	ver, 5 æn
Gyges	*Centimanum genuere Gygen Cœlumq; Solumque.*	Ovid 4 fast,

H A

Hæmon	*SE natam Rhodopen vitiavit turpiter, Hæmon:* *Hinc montes ambo, præruptis cautibus, horrent.*	Ovid. in Ib.
Hæmon	*Antigones, se Hæmon Thebanæ amore trucidat,*	prop 2
Hæmon	*Aggreditur Rutulus Teucros Mavortius Hæmon.*	Ver. 9, æn,
Hæmus	*Thraces mons, dirimit Mysorum à finibus, Hæmus.*	Luc, 4
Hadranũ.	*Hadranum, in Sicula tellure, agnoscimus urbem.*	Sil, 14.
Halæsus	*Præbet opem Rutulis, Agamemnone natus, Halæsus.*	ver. 10 æn
Haliartos.	*Bœotum quondam fuit urbs, Haliartos in oris.*	Stat Theb. 7
Halyattes.	*Qui Cræso pater es, Lydos rexisti Halyattes.*	Hor. 3. Car
Halys.	*Sumit Halys fluvius Tauri à radicibus ortum:*	ovi. 4 pont.
	Cappadocum ac Syriæ qui lymphis irrigat agros:	Luc. 3.
	Hinc petit Euxinum, sinuosis flexibus, æquor.	Flac 5
Hamadryades nymphæ sylvarum	*Servat Hamadryadum sylvas longæva potestas.*	Verg. in Buc
Harmonia	*Harmonia est Martis, Veneris quoque filia, Cadmi* *Coniunx: illa quidem & Cadmus vertũtur in angues.*	Ovi. 4. met
Harpalyce	*Harpalyce fertur prognata animosa, Lycurgo:* *Thracibus hæc stipata, patrem captum eripit hosti.*	ver. 1. æn.
Harpocrates	*Harpocrates numen coluisse silentia fertur.*	Cat. in gel.
	Neptuno Harpyæ Terraq; parentibus ortæ: his	Ovid, 4 trist.

Virgineï

Virgineï volucrum vultus, fædiſſima ventris ver 3,æn
Proluvies, vncæq; manus, pallentiaq; ora.

Haſdrubal *Annibalis frater, Pœnos dum rexit in armis* ovid 6 faſt
Haſdrubal, Auſonÿs cecidit, ſuperatus, in oris. Sil, 17,

H E

Hebe *Heben Iuno parit, nulli ſociata marito,* ovid 9 met
Fitq; Iovi à poclis: dolet hinc quam Iuno repulſam.

Hebrus *Hebrus Thracum amnis, fulvas convoluit arenas:* Ver,4,Geor in Buc
Monte fluens Rhodope, Ægæum decurrit in æquor. Hor,1 car 1 Epiſt

Hebrus *Mezenti ſternis prolem Dolicaonis Hebrum.* ver.10 æn

Hecale *Quondam Hecales vetulæ Naſoni cognita egeſtas.* ovid.amor 2 lib

Hecate *Tergemina eſt Hecate Iove, Latonaq; creata:* ver,4,æn
Cui triplex nomen, Proſerpina, Luna, Diana, Ovid,9.met

Hecate venefica. *Herbarum vires Hecate tenet, atq; veneni.* Flac 6

Hector *Hector Priamides Teucrûm fortiſſimus: illum* Ovi.in Epiſt
Occiſum muros ter circum raptat Achilles verg.1,æn
Iliacos: illud facinus Paris arte rependit. verg 2 æn

Hecuba *Suſcipit ex Hecuba Priamus ſeptemque decemque* ver.1.æn.
Natos: hæc Ciſſèo, Thracum ſata rege parente eſt: verg 7 æn

Hecuba in canem *Dicta hinc Ciſſèis: latrat poſt Troïca fata.* Verg.10.æn

Hedymeles *Muſicus Hedymeles pulſavit, pectine, chordas.* ovid 13 met

Helena. *Iupiter ex Læda te, Helene, ſuſcepit adulter,* Iu ſat,6.
A Theſeo rapta: hinc Menelao traderis vxor: Ovi in.Epiſt
Quam Paris inde rapit: bello hinc eſt diruta Troia, ac ver.2.æn.
Tanta virûm ſtrages, fœdæ meretricis amore. Sen. in Tro

Helenor. *Mittitur ad bellum Troianum ſervus Helenor.* verg.9.æn.

Helenus. *Priamides Helenus vates, cui ſponſa dabatur* Vergil.3,æn
Hectoris Andromache: pòſt Chaoniamque regebat.

Heliades filiæ tres solis & Clymenes in arbores mutatæ. *Heliades numero tres, natæ Sole, ſorores:*
Inque alnos verſæ, Phaëtontis fata dolentes, Ovid.2.me t

Quas

	Quas Phaëontiadas, fratris de nomine, dicunt.	
Helice	*Quæ Graijs Helice, maior micat, Vrſa latinis.*	ver in Buc.
Helice.	*Naſo vocas Helicen, & Buran, Achaidas urbes.*	Ovid 4 faſ.
Helicon mons phocidis	*Montem Helicona ſacrum Phœbo Muſiſq; celebrant*	prop. 3.
	Vates: Parnaſſo mons qui conterminus alto.	Hor. Epiſt. 2
Heliſos flu.	*Græcorum humectat fines ſinuoſus Heliſos.*	Ovid, 4. Triſ, Stat. Theb, 4
Helle	*Helle Athamantis erat Thebarum filia regis:*	Ovid. 6. met
	Qui tulit hanc aries celebratur portitor Helles:	Luc, 4
	Dum peteret Colchos, Phryxo duce, mergitur undis	ovid 2 Verg. in Cir.
	Helleſpontiacis, liquit quæ nomina Ponto:	Ovi. 13. met
Helleſpontus	*Qui Europam atque Aſiam diſterminat Helleſpontus.*	Luc. 2.
Helos	*Vrbs Helos in ſtagni conſtructa eſt Graia Laconum.*	sta Theb
Helorus	*Trinacriam humectat lymphis, clamoſus Helorus.*	Sil. 14,
Helvetii	*Helvetij Rhenum, populi ſunt, inter & Alpes.*	
Hemus	*Mons Hemus Thracum, quo non ſublimior alter.*	ovid. 6, met.
Heniochi.	*Heniochi in Ponto rapto vixere latrones.*	Flac 6 1nc 2
Heraclitus	*Heraclie, hominum fleſti miſerabile fatum.*	1urre lib 1
Herbeſos.	*Vrbs Herbeſos iners, Siculis circundata campis.*	Sil. 14
Hercules	*Iupiter Herculeï nec non Alcmena parentes*	ten in Herc. furen.
	Cenſentur, celebrem quem reddidit ira novercæ:	ver. 8, æn
	Cuius præcipuos bis ſex agnoſco labores.	verg. Epigr,
Hercynia.	*Hercynia gaudet, viridi, Germania, ſylva.*	Claud de laud Stil
Herdonia	*Obſcura Auſonijs, fuit urbs Herdonia, in agris.*	Sil. 8,
Hergentũ	*Hergentum, Siculas inter numerabitur urbes.*	sil 14
Hermaphroditus.	*Hermaphrodite, Venus tibi Mercuriuſq; parentes:*	Ovid, 4. met
	Quem ſexus, fato gignunt utriuſq; potentem: hinc	Mar 10
	Flumina, tela, crucem, fatis urgentibus, hauſit.	ver. Epigr,
Hermes	*Mercurius Latijs, Argivis dicitur Hermes.*	
Herminius	*Magnanimum Herminium Catyllus ſternit Hetruſcũ.*	ver. 11 æn
Hermiona	*Vrbs Hermiona eſt, Ægæi ad littora ponti.*	ver in Cir
Hermione	*Hermiones Menelaüs erant Heleneq; parentes:*	ver, 3, æn,

Tradi-

Traditur hæc Pyrrho: quare hunc occidit Oreſtes. Ovi. in Epiſt.

Hermogenes. *Immenſam Hermogenes hauſit puerilibus annis* Mart.
Doctrinam: ſenior quam totam ætate, reliquit.

Hermus *Per ſines Aſiæ fluit, auro turbidus, Hermus.* Luc. 3.

Hernici populi in Camp. *Hernici in Auſonia, populi vixiſſe feruntur.* Ver. 2 Geor. Sil. 8.

Herodes *Antipatro, Herodes, Iudæis imperat, ortus* perſ.
Stirpe haud Iſacidum primus, mandante Senatu

Herodes *Romano: aſt alter Galilææ præfuit oris.*

Heroſtratus *Famam templa Epheſi ſitiens Heroſtratus uſſit.*

Herylus Feroniæ filius. *Qui rexit Præneſte Herylum ſub tartara miſit* verg. 8. æn.
Tergeminum Evander, dira genitrice celebrem.

Heſa *Heſam urbem, Siculi veterem coluere, trilingues.* sil. 14.

Herſe *Aglauri ſoror eſt Herſe, ſata Cecrope magno.* ovid. 2 met.

Heſiodus *Heſiodus, ſomno, fuit ex paſtore, poëta.* Ovi. 3. faſt.

Heſione *Laomedonte ſata eſt, Teucrorum principe, pulchra* vergil. 8 æn.
Heſione: Alcides ceto quam liberat atro: Ovi. 11. met.
Cui coniunx Telamon, Salaminia regna gubernans.

Heſperia *Italiam Latij, Graio cognomine dicunt* verg. 1 æn.
Heſperiam: Europæ quæ fœcundiſſima pars eſt. Et 3.

Heſperus. *Heſperus Iapeto ſatus, his habitavit in oris,* ver. 7. æn.
Heſperiæ ipſe ſuo nomen de nomine finxit.

Heſperus. *Heſperus, aſtra petens rutilat nunc, veſpere, ſtella:* ver. in Buc.

Heſperides *Quo genitæ Heſperides, hortis, (cuſtode Dracone)* Luc. 9.
Quæ auriferis gaudet: Draco ſternitur Herculis armis ver. Ecg. 6.

Heſperia ultima. *Heſperia extrema hinc eadem quæ Hiſpania fertur.* Hor. 1 Car.

Heſus *Humanis, Galli plâcarunt carnibus, Heſum.* Luc. 1.

Hetruria *Italiæ regio eſt Hetruria (ubi incolæ Hetruſci)* Ver. 2. Geor. Sil. 8.
Tyrrheno porrecta mari: quà Macra pererrat.

H I

Hidaſpes *Indorum fluvius, Parthos pertranſit, Hidaſpes.* Hor. 1 Car. Luc. 3.

Hiempſal. *Natus Hiempſal, Adherbal item, genitore Micipſa:*

Quos

Quos occidit atrox, regnandi ardore, Iugurtha.

Hiera nympha Sylveſt. *Pandaron & Bitian peperit ſylveſtris Hiera.* Claud.

Hiera *Vxor Hiera, tibi Myſorum Telephe, princeps:* Verg. 9 æn
Dicitur hæc Helenam, forma, ſuperaſſe Lacænam.

Hilæi *In Scythia Hilæos, tellus Aſiana ferebat.* Flac. 8

Himella *Proluit Italiæ campos tibi flumen Himella.* verg. 7, æn

Himera *Himera, Trinacriæ fines rigat unda, bicornis:* Sil. 14
Quæ fluit hinc falſis, illinc, quæ dulcibus undis. Ovid 4 faſ.

Hippo *Vrbs Libyæ, antiquis placuit quæ regibus, Hippo:* ſil. 3
Illam Auguſtini reddit doctrina celebrem.

Hippocrates *Hippocrates medica vix ulli ceſſit in arte.* Mar. 9.

Hippocrene *Fons Hippocrene Graius, fit ab vngue Caballi:* ovid 5 faſt.
Inde Caballinus fertur, ſacer uſq; Camænis. Per, in prolo

Hippodame *Oenomao Hippodame Piſarum principe nata, à* ver 3. Geor.
Mille ambita procis: Pelopi quæ, deniq;, nupſit.

Hippodamia *Pirithoï coniunx fuit Hippodamia vocata.* Ovi, 12, met.

Hippodamia *Haud ea, quæ ſupra eſt, Briſeïs nomine dicta,* Ovid, Epiſt.
Iras Peliden, quæ movit & inter Atriden.

Hippodamus *Vrbibus Hippodamus cæpit præſcribere leges.* Mat, 8

Hippolite *Hippoliten duxit Theſeus, ſed ab Hercule victam* verg 11. æn
Reginam, Scythicas quæ rexit Amazones atrox: prop, 2,

Hippolitus *Hippolitum hæc peperit, gaudentem cælibe vita:* ovid. 15 met
Illicito, cuius Phædra arſit amore, noverca. Ovi, in Epiſt

Hippomenes *Ex Merope Hippomenes fertur Meleagrea proles,* Ovi, 10, met
Dum curſu certat, pomis decepta cohæret
Huic Atalanta viro: Veneri perſolvere grates
Negligit: ille Leo fit, & hinc Atalanta Leæna.

Hippodates *Hippodaten gentes, ut venti numen, adorant.* Ovi. 11. Met

Hippopodes popu. *In Scythico Oceano Hippopodes habitaſſe feruntur.* Clau. Eutro

Hirpini *Montibus, Hirpinis, Italus fluit Aufidus amnis.* Sil. 8.

Hiſpal *Vrbs Hiſpana, ſubeſt crebris maris æſtibus, Hiſpal.* Sil. 3

Europam

Hiſpania *Europam exornant ſinuoſam Hiſpanica regna,* Auſon. de clar urb. Tib. 4
A Pyrenæis ſumentia montibus ortum:
Arctoum Oceanum cernunt, Solemq́ cadentem: Claud de laud Ser Sil. 1 & 3.
Nec procul Herculeas ſpectant utrinq́ columnas.

H O

Homerus *Vatibus Argivûm cunctis prælucet Homerus:* Ovi. 2 de art
Pelidenq́ Ithacumq́ canens erroribus actum, Ovid, 2 pon°
Carmine grandiloquo, queis nil ſublimius unquam Horat. in arte
Extulerat vates: Phœbo aſpirante canenti. Hor. Ep,
Homele *Centauros, Homele profert mons, Theſſalus atros.* ver. 7. æn
Horatius *Demulcet Latias, numeroſus Horatius, aures:* Ovid. 4, Triſ
Sidera dum lyrico, conatur tangere verſu. Hor, 1 Car
Horatius Cocles *Alter Romanus, Cocles cognomine, civis.* verg 8. æn
Hortinæ claſſes *In Teucros claſſes Hortinæ prælia tentant.* ver 7 æn
Hortinum oppid tatii *Hortinum Latij urbs, hortis quæ gaudet amœnis.*

H V

Hunni *Trans gelidum Tanaïm, Scythiæ vergentis ad ortus,* Clau. Ruf. 2 & 3
Hunni habitant turpes: quibus eſt occidere fratres
Luſus, & effœtos pulchrum iugulare parentes.

H Y

Hyacinthus *Dilectum imprudens Hyacinthum ſternit Apollo,* Ovi, 10, met.
Invidia Zephyri: dat florem hinc ſanguine tellus.
Hyacinthia. *Cui Spartæ celebrant Hyacinthia ſacra quotannis.* Ovi, 10, met
Hyades *Fert Hyadas Taurus ſtellas, in vertice, ſeptem,* ver 1. Geor.
Atlas quas genuit: cognomen Atlantides inde: ovid faſt 5
Vt cœlum petiere, canunt diverſa poëtæ.
Hyas *Quarum frater Hyas mactatur dente Leænæ.* Ovi. 5. faſ.
Hyãpolis. *Phocidis urbs, rupes cui impendet, Hyampolis, ingens.* sta Theb 7
Hyantes *Bœoti ſuprà, rectè hic dicuntur Hyantes:*
Hyantius Actæon dictus a Cadmo hy ant. rege *Actæon ab avo, celebratur Hyantius, inde.* ovid. 13 met
Cincta mari Arctoo, dum vergit, Hybernia Phœbum Clau, paneg

Occi-

	Occiduum ſpectat, regio ſubiecta Britannis.	
Hybla	*Hybla favos Siculus mons, vrbſq; ferebat opimos.*	Sil. 14
Hydaſpes.	*Indorum fluvius, Parthos pertranſit, Hydaſpes.*	Hor 1, Car
Hydrus flu	*Appulus Hadriacas delabitur Hydrus in undas.*	Luc. 5.
Hylæus	*Vergilio, Hylæum Centaurum dico biformem.*	ver. 8 æn
Hylas Theodomantis filius	*Raptus Hylas conſors dilectus (patre perempto)*	ver 3. Geor.
	Herculis: Aſcanÿ tandem ſubmergitur undis.	Iuſtat 1
Hyle urbs	*Vrbis Hyles, Locri ſtruxerunt mœnia, Graiæ.*	sta. Theb 7,
Hyllus	*Deïanira Hyllus fuit Alcidaq;, creatus.*	Ovid, 9. met
Hylonome Cyllari con.	*Occidit Hylonome dolet ut tua, Cyllare, fata.*	Ovi, 12, met.
Hymenæus	*Numine coniugÿs Hymenæus præſidet: ille*	verg. 4, æn
Hymen	*Hymen item fertur: Venus huic Bromiuſq;, parentes.*	Ovi. in Epiſt
Hymenæus	*Quem pro connubio vſurpant aliquando poëtæ.*	ver. 1. æn Catul.
Hymera vide Himera.	*Hymera Trinacriæ fines rigat unda bicornis.*	Sil. 14
Hymettus	*Atticus exundat mellis mons copia, Hymettus.*	Ovid 7 met Sene. Tra 4
Hypæpæ	*Lydia formoſæ Veneri urbem ſervat Hypæpas.*	Ovid. 6. met
Hypanis	*Eſt fluvius Scythicis, Hypanis de montibus ortus,*	Ovi. 15. met
	Qui fuerat dulcis, ſalibus vitiatur amaris.	Claud, 6 de Conſ. Hon.
Hypanis	*Indorumq; Hypanis pertranſit murmure campos.*	Proper 1
Hyperborei	*Aëre Hyperboreï vivaces uſq; ſalubri*	Hor, 3 Car
	Gaudent, quos regio ſeptem fert grata trionis.	Verg. 3 geo.
Hyperion	*Qui Solem genuit fert Terra Hyperiona, Cælo.*	Ovi. 1, faſt.
Hypermneſtra Lyncei coniunx	*Filia Hypermneſtra eſt Danaï, quæ ſola pepercit*	Ovi, in Epiſt
	Fida viro, reliquæ ut iugulant de nocte maritos.	Hor, 3 Car.
Hypſiphile	*Hypſiphile Lemni regina, creata Thoante:*	Ovid, Epiſt.
	Exul abit Lemno renuens iugulare parentem.	Flac 1
Hypſæa	*Cæca Hypſæa fuit mulier, tibi dulcis Horati.*	Hor, 1 ſer. 3
Hyrcania.	*Vrbibus eſt Aſiæ celebrata Hyrcania, claris:*	Luc. 3
	Dives opum, dives Cereris, Bacchi atq; ferarum.	Flac 6 Verg. 4 æn
Hyreus pater orionis	*Oriona petit natum Bœotius Hyreus*	ovid, 5 faſt.
	A ſuperis: Hymenæus ibi nil iuris habebat.	

Hyrie	*Cycni fata, Hyrie mater, miseranda dolendo*	Ovid. 7 met
	Delituit: stagnumq; suo de nomine fecit.	Ex ovid. 7,
Hyrtacus.	*Hyrtacus. Æneæ consors tibi Nise parensq;.*	verg 9. æn.

I A

Iacchus	*Quem Bacchũ antè voco rectè hic vocitamus Iacchũ.*	Verg in Buc
Iader	*Illyrici Adriaci pontum petit, amnis Iader.*	Luc. 4
Ianiculũ	*Ianiculum Ianus, trans Tibrim, condidit urbem.*	vergil 8 æn
Iantha	*Nata Teleste, Iphi nupsit Cretensis Iantha*	Ovid, 9, Met
	Flava tibi: sexum versa induit inde virilem.	
Ianus	*Italiæ regem Ianum pinxere bifrontem:*	verg 7 æn
	Quem duxere Deum, tempus quòd cernit utrumq;.	ovid 6 fast
Iapetus.	*Thessalus Iapetus, Cœlo Terraq; creatur.*	ovid 1 met
Iapis	*Nobili ab Ætolo, fluvio vicina Timavo,*	Ver. 2 Geor
Iapis	*Vrbs Venetum, regioq; amnisq; vocatur Iapis.*	
Iapygia.	*Gaudet Iapygia Latium, regione salubri.*	Ovi, 15. met
Iapys	*Augur erat Phœbo, ante alios, dilectus Iapys.*	verg. 12. æn
Iapyx	*Dædalus ingenio clarus te gignit Iapyx.*	ovid 15 met
Iapyx	*Qui suprà Caurus, rectè hic quoque fertur Iapyx.*	Hor. 1. Car
Iarbas	*Iupiter ex nympha, gignit Garamantide, Iarbam*	ver., æn
	Gætulum regem: cuius connubia spernit	
	Dido: hinc arma movet, nondum Carthagine structa:	
	His diversa tamen retulerunt scripta Maronis.	ver, 4, æn
Iasion.	*Ex Iove & Electra dic Iasiona creatum:*	Ovi. 9. met
	Hunc Ætnæa Ceres deamans, canescere quæsta est.	
Iasius	*Principis, Iasius Græcorum natus, Abantis.*	verg 3, æn
Iasidæ.	*Iasidas Graios, regis de nomine, dicunt.*	prop. 2.
Iason	*Æsone Thessaliæ rege est prognatus Iason:*	Flac. 1
	Vt fulvum referat spectabile vellus, ob aurum,	Ovid. 7 met
	Classe petit Colchos, Graia comitante iuventa.	Sen in Med
Iaxes	*Per Scythiæ montes delabitur amnis Iaxes.*	Claud.
Iazyges, po.	*Sarmatiam iuxta, coluerunt Iazyges agros.*	Ovid. 2 trist.

Auriser

I B

Iberus	*Aurifer Hiſpanos fines humectat Iberus:*	Luc,4
Iberi	*Hiſpani, a fluvio, perſæpe feruntur Iberi.*	Luc.2 Flac 5

I C

Icaria.	*Icaria, Icario, circundatur inſula, ponto.*	Luc,8.
Icarius vel Icarus	*Oebalus Icarium genuit, tibi pulchra parentem*	Ovid. 2 am.
	Erigone, à Graïjs paſtoribus interfectum:	
	Quòd muſto poti, ſe hauſiſſe venena putaſſent.	
Icarius	*Atticus Icarius mons, Icariotus & idem.*	proper
Icarius	*Penelopes pater Icarius: dicta Icaris illa.*	Ovi.in Epiſt & ib,
Icaris Icarus	*Dædalides Cretam linquens volat Icarus, alis:*	ver.6,æn
	Decidit in pontum, petit ut nimis alta volatu.	Ovid, 1 triſt,
Icarium mare	*Inde ſuo Icarium ſignat de nomine, pontum.*	
Ichnuſa, quæ & Sardinia dicitur.	*Eſt Ichnuſa cavo Ligurum circundata ponto.*	Sil,12.

I D

Ida	*Fontibus exundat, Phrygiæ mons, piniſer Ida:*	Ver.2.æn. ovid 2 met
Ida	*Idam Creta Iovis ſuſtentat & inſula montem.*	Verg,12.æn
Idalis vel Idale	*Idalis urbs Teucrûm, Myſorum finibus hæret.*	Luc, 3
Idalion.	*Cypri urbs Idalion, Veneri ſacrata proterva,*	ver.10.æn
	Idalia inde Venus, Cypri laudatur, ab urbe.	verg.10.æn
Idas	*Neptuno natus Marpeſſam præripit Idas*	Hom. Il 9.
	Eveno natam, ruit hinc pater æger in undas.	
Idmon	*Apri dente perit, venturi præſcius, Idmon.*	ovid in Ib,
Idmon	*Mittitur à Turno, ad Troianos, nuntius Idmon.*	verg, 12 æn
Idomeneus	*Deucalione ſatus Cretenſes rexerat olim*	verg,3.æn.
	Lyctius Idomeneus, Troiani nominis hoſtis.	
Idumæi Idumæa	*Gentis Idumææ regio diſterminat oras*	verg, 3, Geor
Idume.	*Iudæis Arabum: palmis ubi dives Idume.*	Luc,1
Ietas	*Vrbem mons Siculus præruptam tollit Ïetam.*	sil 14
Ierne quæ & Hybernia dicitur	*Inſula, vicina eſt Scotis, glacialis Ïerne,*	Claud, in 4 cons,Hono.
	Cincta mari Arctoo, quæ fertur Hybernia, ſuprà.	

I L

Ilerda	*Iuxta urbem Hiſpanam, Sycoris fluit amnis, Ilerdam.*	Luc.4.
Ilia	*Principis Albani Numitoris nata ſacerdos,*	Hor.Ep, verg 1 æn
	Marte gravis, cum fratre Rhemum dedit Ilia partu.	ovid.1 amor
Ilias	*Iliade horrendum bellum deſcribit Homerus*	proper
	Cum Danaïs Teucrûm, qua nil ſublimius unquam	Ovi.3 de art
Ilias	*Extulerat vates: Helene dicta Ilias inde.*	Ovid.2. Triſ
Ilione	*Ilione, Priami natarum maxima regis.*	verg 1 æn
Ilioneus	*Ilioneus comes Æneæ, Phorbante creatus.*	Verg. 1 æn
Iliſſus	*Atticus amnis erat, Muſis ſacratus, Iliſſus.*	Sta.Theb.12
Ilithyia	*Præſidium Ilithyïa tulit, Dea, matribus ægris.*	Hor
Ilium vel Ilion	*Ilium erat Phrygiæ urbs totius ſumma minoris:*	Verg.2,æn
	Regia quæ Priami, Danaûm colliſa duello.	Vergil.3,æn
Illyris vel Illyrium	*Illyris Europæ regio, quæ vergit in æquor*	Luc,3.
	Adriacum, Æmathiæ & Myſorum finibus hærens.	verg 8 æn
Ilva	*Inſula ad Hetruſcos, rutilis ſcatet, Ilva metallis.*	Verg.10.æn
Ilus a quo dictum. lium	*Tros Ilum genuit Teucrorum ſceptrifer: illo*	ver æn
	Laomedon ſatus eſt, cuius periuria ſenſit	verg.8.æn
	Ilium: & id nomen celebri deduxit ab Ilo.	
Imbros inſu:	*Helleſpontiacis, Imbros, præcingitur undis.*	ovid. 1 Triſ

I N

Inachus	*Ad Peloponneſi fines fluit Inachus amnis.*	ovid. 1 met
Inachus	*Inachus Argivûm, fluvio dat nomina, princeps:*	Hor. Car. 3
Inachis	*Quo genita eſt Io, quæ eſt Inachis inde vocata.*	Sil. 15 ovid. 1 met
Inarime quæ & Aenaria dicitur	*Campano, Inarime præcincta eſt inſula, ponto.*	Verg. 9 æn
India	*Eoa eſt regio, Ganges quam ſcindit, vtrinq;*	ver. 1 geor.
	India, quæ Terræ totius tertia pars eſt:	Tibul.2.
	Hîc binæ æſtates: bis fructum procreat amnis.	Hor 3 Car.
Indus	*Fluctuat hîc Indus, ſpatioſis flexibus, amnis.*	Ovid. 5, Triſ
Inginum	*Inginum urbs Ligurum, præclaris rebus opima.*	Ovid.4. met Sil.8.

Hermi-

Ino *Hermione & Cadmo generata, parentibus, Ino:* ovid. 4. met
Cui coniunx Athamas: Dea fingitur inde marina.

I O

Io. *Inachi erat proles, arsit quam Iupiter, Io:* Ovi in Epist
Iunonemq; timens in vaccam transtulit: æstrum ovid in Ib
Hinc Iuno immittit: dat pristina Iupiter ora: ovid 1 met
Illam sub forma Pharÿ coluere canina.

Iocasta *Nata Iocasta fuit Thebarum rege Creonte,* sta, 1
Oedipodæ mater, nupsit quæ nescia nato. sta, 8

Iolaus. *Herculis Iphiclo est Iolaus fratre creatus:* Ovid, 9. met
Auxilium Alcidæ tulit, obtruncavit ut hydrum.

Iole *Eurÿti erat proles Iole, quam tradidit Hyllo* ovid 9 met
Alcides, cuius patrem prostraverat armis.

Iolcos. *Thessaliæ viget urbs, Ossæ contermina, Iolcos.* pvid 7 met

Ionia *Est Asiæ regio, cœli bonitate secunda* prop. 1
Nulli, quæ meritò celebratur, Ionia dives. Ovid. 6 fast.

Ioniũ mare *Dividit à Sicula Cretam regione profundum* Luc. 1
Ionium mare: sunt populi regionis Iones. Ovi. 4, fast, proper 3

Ionos *Thessalicæ rector telluris, primus Ionos:* Luc 6
Argentum atq; aurum signavit, Apolline cretus.

Iopas *Afrorum princeps, alter citharœdus Iopas.* verg 1 æn

I P

Iphianassa & Lysippe Prœti filiæ. *Iphianassa, sororq; Argivûm principe natæ:* Ovi, 15, met.
Ædunt mugitum Iunonis numine spreto.

Iphianassa quæ & Iphigenia dicit. *Sic etiam fertur proles maioris Atridæ.* Lucr 2

Iphiclus *Iphiclus Alcmena fuit, Amphitryoneq; natus:* proper
Hunc atq; Alciden, partu produxit eodem. Flac 1

Iphigenia *Iphigenia Clytemnestra atq; Agamemnone nata est:* Ovid, 5, de pont
Quam, patris ob noxas, aris addixit Vlysses. Ovi, 12, met

Iphimedia *Iphimedia parit, Neptuno oppressa, gemellos.*

Iphinous	*Nubigena Iphinoüs Lapithûm fugit arma biformis.*	Ovi. 12. met
Iphis	*Iphis, Anaxaretes, puer arsit amore, superbæ:*	Ovi, 14, met
	Hic laqueo perit, in saxum convertitur illa.	
Iphis	*Pro mare nutritur tenera Iphis, filia Lygdi:*	Ovi. 9. met
	Vertitur iné, marem dum desponsatur Ianthæ.	
Iphitus	*Iphitus Æneam comitatur, bella gerentem.*	Verg. 2, æn
	I R	
Iris	*Iunonis famula est Iris, Thaumantia proles.*	Verg 4 5 & 9. æn
Iris flu.	*Paphlagonum amnis in Euxinum mare defluit Iris.*	Flac. 5
Irus	*Irum mendicum, pugno prostravit Vlysses.*	Ovid, Epist.
	I S	
Isapis	*Cæsennam iuxta, in Rhodanum decurrit Isapis*	Luc. 2
Isara	*Allobrogum fines Isaræ perlabitur unda.*	Luc 1
Isaurus	*Gallicus, Adriacum pontum petit, amnis Isaurus.*	Luc, 2
Isaurum	*Haud procul a Tauro stetit urbs, cui nomen Isaurum.*	Ovid. 1 fast
Iscomache	*Pirithoï Iscomache, fuit olim, Thessala coniunx.*	prop. 2.
Isiphylus	*Doricus Isiphylus, satus est quo Proteſilaüs.*	Ovi. in Epist
Io	*Iunonis pellex Isis, quam diximus Io:*	ovid. 9 met
	Illam sub forma Pharij coluere canina.	
Ismarus	*Thracia, telluris variæ, tulit Ismara montem.*	sta syl 1
Ismene	*Oedipodæ Ismene proles, Cyrrheïa coniunx.*	Stat, theb. 2
Ismenus	*Bœotum fines Ismenus proluit amnis.*	ovid. 2 met
Ister qui & Danubius dicitur.	*Europæ fluvius, totius maximus, Ister.*	Ovid. 2. Trist
	Germanos dirimens Dacorum raucus ab oris:	Ovid 3, Trist,
	Arbona quem fundit mons è radicibus ortum:	Ver. 3 Geor
	Hunc iuxta fluvium degentes dicimus Istros:	Luc, 2 Luc. 4.
Isthmia.	*Isthmia Neptuno Graij, per lustra, celebrant.*	
Istria	*Italiæ Illyriden regio iacet, Istria, versus.*	Luc, 4.
	I T	
Italia	*Italia Europæ regio clarissima, prisci*	Verg. 1 æn
	Dixere Hesperiam, Graio cognomine, vates.	Vergil. 3, æn

Quam

Quã ferit Hadriacũ hinc, Tuſcũ illinc fluctibus æquor:
Et totam ſcindit longiſſimus Apenninus Luc, 2

Ithaca *Eſt Ithaca, Ionio quæ cingitur, inſula, ponto.* verg 3 æn

Ithacus. *Hac Ithacus fuit ab regione, vocatus Vlyſſes.* verg 2 æn

Ithome. *Vrbem tractus habet Danaûm, quæ fertur Ithome.* sta, 4 Theb

Ithyra *Ithyra, Parthorum Taurus quam ſuſtinet, urbs eſt.* Ver, 2, Geor

Ituræi. *Arcu Iturei, in Syria valuere feroces.* ver. 2 geor.

Itylus *Zetho Itylum peperit, non fœlix mater, Aëdon,* ver. in epig.
Quem necat: hinc fit avis, lugens tam triſtia fata.

Itys *Natus Itys Thracum rectoris Tereos: illum* ouid, 6 met
Occiſum patri, fera Progne apponit edendum.

I V

Iuba *Rex Iuba Maurorum Pompeïj partibus hærens,* Luc, 5
Teq; tuoſq; necat, venali Curio lingua: Luc, 10
Se necat inde timens victricia Cæſaris arma. Iu ſat, 14.

Iudæa *Maioris regio eſt Aſia Iudæa: ſupremi* Luc 2
Dedita quæ ſacris, divina lege, Tonantis: Clau. Eutro
Huic hærent Arabes, urget quà flatibus Auſter,
Et quà ſol oritur: Syria eſt cui limes ab Arcto:
Atque Paleſtinum mare, quà ſol veſpere tendit.

Iugurtha Manaſtabalis filius Adherbalem & Hiempſalem interfecit, *Præfecit regno natoſq; Micipſa Iugurtham* Luc 2
Fratre ſatum: necat hic regnandi ardore nepotes: Claud. Bel.
Inde diu Auſonias expertus Marte phalanges: Luc 9
De quo tandem egit Marius, poſt bella, triumphos: ovid, 4, de ponto, prop 3
Hinc meritò finit truculentam, in carcere, vitam.

Iulia *Cæſare nata ſenis, Pompeï Iulia coniunx.* Luc 3

Iulius Cæſar *Induperatorum primuſq; & ſummus in armis* verg, 1. æn.
Iuli Cæſar eras: Gallos ubi Marte rebelles Luc 1
Sub iuga miſiſti: civili Marte fugaſti Luc, 7
Pompeium, Emathijs fœdatis ſanguine, campis: Ver. 1. Geor

Cui ductum perhibent a magno nomen, Iulo: ver. 1. æn
Cuius sunt ausi maculare, cruore senatum Ver. 1, Geor
Cassius & Brutus: dira qua cæde cruentum, Hor. Epist. 2
Vix quenquam binos lego compleuisse Decembres:

Iulius mensis. *Cuius Quintili sunt indita nomina mensi.*

Iulus *Qui suprà Ascanius, rectè hic, quoq; fertur Iulus.* verg 1 æn

Iuno *Et soror & coniunx Iouis Saturnia Iuno:* ver. 1, æn
Præsidet hæc regnis, opibusq; & matribus ægris. ovid. 3 amor

Iupiter *Iupiter omnipotens diuûm pater atq; hominum rex:* Verg 10 æn
Scilicet, immanis scelere, atque nefandus adulter: Sene. Tra 1
Saturno genitus, pepulit regione parentem: verg 8. æn
Hæc pietas decuit quæ gentes numina adorant.

Iuturna *Iuturnam Daunus genuit tibi Turne, sororem:* Verg. 12. æn

Iuverna *Iuvernam dices, quæ fertur Hybernia suprà,* Iu sat. 2.
Illa etiam fertur, vati, glacialis Ierne. Claud. 4 de Hon. Cons.

I X

Ixion *Qui Phlegya satus est ar sit Iunonis amore* Verg. 6. æn.
Ixion: Erebi fuit hinc deiectus ad umbras: Ovid. 4. met
Quo geniti fuerant Centauri patre, biformes. senec tra 10

L A

Labdacus *ES Phœnice satus Thebis qui Labdace, regnas.* sta Theb

Labdacides *Laius, Labdacides patris est à nomine dictus.* sta. Theb 6.

Labici *A Glauco Italici, stirpem duxere Labici.* Verg. 7 æn

Labicus *Trinacriæ vetus urbs, fertur viguisse Labicus.* Sil. 12

Labyrinthus *Dædalus in Creta Labyrinthum mille viarum* ver 5 æn
Format mæandris: hunc irrevocabilis error Ovid 8 met
Ingressos fallit, Minotaurumq; reservat.

Lacedæmon *Vrbs Peloponnesi Lacedæmon maxima Graiæ:* Ouid. Epist.
Sparta eadem fertur, Menelaï regia quondam: Luc. 3.
Hîc Lacedæmonijs præscripsit iura Lycurgus. Hor. 1 Car.

Lachesis *Humanæ Lachesis dispensat stamina vitæ.* Ovid 5. Trist

Finibus

Lacinia Iuno a Lacinio promontorio	*Finibus Italiæ tibi Iuno Lacinia templum* *Conditur, Herculea, pacem quo posceret, arte.*	verg, 3, æn Luc, 3
Laconia Lacon Lacæna	*Est Peloponnesi, quæ dicta Laconica, tractus:* *Huncq; Lacon coluit priscus, cultrixq; Lacæna.*	Clau bello. Gild. ver 2, æn,
Ladas.	*Cursor Alexandri velox (mirabile dictu)* *Ladas: haud cursu, pedibus, turbavit arenas.*	Mar, 2
Ladon	*Arcadiæ campos humectat, gurgite, Ladon.*	Ovid, 1. met
Lælius.	*Cæsarem in arma ciet civilia Lælius atrox.*	Ouid 1 pon. Luc. 1.
Laertes	*Acrisio genitus Laërtes gignit Vlyssem.*	Ovi, in Epist
Læstrygones	*Sustinuit Latium populos Læstrygonas atros.*	Ovi. 14. met
Lagus Ptolemæi 1. Ægyptiorum regis eius nominis pater.	*Patre satus Lago Ptolemæus, prima tulisse*	Luc. 5. & 10.
	Fertur sceptra Phari, mundi prædone remoto.	Iu. Sat, 6
Lais	*Degebat meretrix Laïs celebrata Corinthi.*	Proper 2
Laius	*Labdaco erat cretus, Thebarum principe, Laius:* *A nato Oedipode miser imprudente peremptus.*	Sta. Theb, 1
Laletania	*Hispana est regio cui Laletania nomen.*	Mar, 8
Lamiæ	*Fœminea specie iuvenes puerosq; vorabant*	Mar. 8
	Blanditijs Lamiæ: Empusæ, Lemuresque feruntur, *Cuncta foris videre, domi sed lumine cassæ.*	Hor 1, Car
Lampetia	*Lampetiam genuit Phœbus, genitrice Neæra.*	Hor, 3 Car
Lampia	*Arcadiæ Lampia iugis fluit unda nivosis.*	pro, 3.
Lāpsacus.	*Lampsacus urbs Asiæ: hic veteres coluere Priapum:* *Lampsacium versum denominat, inde, poëta.*	sta Theb 4 ovid, 6 fast,
Lamus	*Romæ à rege Lamo est Lamiarum clara propago.*	Mar, 10
Lamus	*Omphale Alcidesque Lamum genuere parentes.*	Ovid, Epist,
Lamus	*Neptuno genitus, rexit Læstrigonas alter.*	ovid 3.
Langia	*Fons Nemeæ sylvæ lymphis, Langia, scatebat.*	Stat Theb. 1
Laocoon.	*Laocoon Priami natus Phœbique sacerdos:* *In Phrygium qui primus equum contorserat hastam.*	ver, 2 æn
Laodamia	*Laodamia perit, cum mortem Protesilaï* *Coniugis ingemuit, proles quæ fertur Acasti:*	Ovi. in Epist

Altera

Laodamia,	*Altera ſic dicta eſt patre Bellerophonte creata:*	Hom. Il 6.
	Concubat illa Iovi, telis peritura Diana.	
Laomedō	*Laomedonta Ili natum, Priamiq; parentem*	ver, 4, æn
	Agnoſco, cuius periuria Troia luebat.	verg. 1, geor
Lapithæ	*Theſſalici Lapithæ primi dant fræna caballis:*	Verg. 3 geo.
	Pirithoï cauſa, Centauros, iure, trucidant.	Ovi. 12. Met
Lara Almonis flu, filia. Lares	*Mercurio, Lara nympha Lares peperiſſe putatur:*	Ouid. 2 faſ.
	Quos priſci domibus, ſeu numina ſacra colebant.	
Largus	*Deſcripſit profugum, vates Antenora, Largus.*	Ovi. 4. pont.
Larina	*Suppetias Turno Larina animoſa ferebat.*	verg. 11. æn
Larinates	*Gens Larinatum Latiales incolit agros.*	Sil. 8.
Lariſſa	*Theſſala Lariſſa urbs: hinc Lariſſæus Achilles.*	Luc 6
Larius	*Larius Italiæ lacus eſt ampliſſimus, illum*	verg. 2, æn verg. 2, geor
	Ingrediens amnis, dulces facit Abdua, lymphas.	
Latagus	*Troianum ſternit Latagum Mezentius ardens.*	ver. 10. æn
Latini	*Italiæ tractum veteres coluere Latini.*	verg 7 æn
Latinus	*Æneæ ſocer eſt Latij rex ille Latinus.*	ver, 8 æn
	Quem Fauno perhibent genitum, nymphaq; Marica.	Ver. 7. æn.
Latium	*Italiæ regio Latium (genus unde Latinum)*	ver 1, æn
	Dicta, quod his latuit profugus Saturnus in oris.	ovid 1 faſt vergil 8 æn
Latmius	*Latmius Endymion Latmo de monte vocatur*	Ovi. 3 de art
	Carum: quem deamans, dedit oſcula Luna ſopito.	
Latona	*Cæo nata fuit Latona, hanc Iuppiter ardet:*	verg. 12 æn
	Vno cui partu Phœbum parit atq; Dianam.	
Latonia,	*Eſt à matre etiam Latonia dicta Diana:*	Ovid. 9 met
Latois.	*Nomine quæ Graio, Latoïs ritè vocata eſt.*	Ovid, 7 met
Laverna	*Protegat ut fures, Roma, coluere Lavernam.*	Hor. in Ep.
Lavinia	*Laurentum regis Lavinia nata Latini:*	Ovid, 2, faſ.
	Æneæ, Turno occiſo, quæ traditur uxor.	Verg. 12. æn
Lavinium	*In Latio Æneas Lavinum condidit urbem:*	ver. 1, æn
	Vrbi nempe dedit coniunx Lavinia nomen.	Iu sat. 7 verg. 12. æn

Laurentū	*Laurentum in Latio, Picus rex condidit urbem:*	ver. 8.æn.
Laurentes	*Hanc coluere urbem Laurentes, Marte superbi.*	verg 12 æa
Lausus	*De Numitore sati sunt Lausus & Ilia, rege*	Ovid, 3. fas,
Lausus Mezentij filius	*Albano: Haud ille Æneæ qui sternitur armis.*	verg. 11 æa

L E

Leander.	*Quæ sacra dat Veneri Leandrum Sestias Ero,*	stat 6. Theb
	Ardet Abidenum: mortem quod gignit utrique.	ovid in epist
Learchus.	*Te generant Athamasq; Inoq; Learche, trucidat*	ovid fast 6
	Quem pater insanus, catulum ratus esse Leænæ.	ovid 4 met
Lebadia	*Vrbs Lebadia tibi Bœotûm, Phœbe sacrata est.*	Hor. Epist.
Lebedus	*Vrbe olim Lebedo gaudebat Ionica tellus.*	sta Theb. 7
Lechæum portus Corinthi.	*Amne rates Ephyræ portum petiere Lechæum.*	stat
Leda.	*Thestias, uxor erat tibi, Tyndare, Leda Laconum*	ovid. Epist
	Sceptrifer: aligero parit hæc fœcunda Tonanti	
	Partu uno geminam prolem, geminanq; marito.	Verg. in Cir.
Leleges	*Partibus è varijs Leleges venere feroces:*	verg. 8. æn.
	Quos tellus Asiana tulit, Mavorte potentes.	Ovid, 9, Met
Lemanus.	*Allobrogum lacus est, Genevam rigat amne Lemanus.*	Luc. 1.
Lemnos	*Clauditur Ægæo Lemnos, clara insula, ponto:*	Flac 2
	Vulcani casu, doctis celebrata poëtis.	ovid. 5 Trist
Lentulus	*Suppetias sævo Catilinæ Lentulus affert,*	Iu Sat. 10
	Haud impunè: gulam laqueus cui, in carcere rumpit.	
Leptis	*Vrbs antiqua fuit, tulit hanc minor Africa, Leptis.*	
Lerna.	*Argivûm campos lacus undis Lerna lacessit.*	ver. 6. æn
	Hîc necat Alcides, immensis viribus, Hydram.	Ver. 8. æn.
Lesbos	*Æquore in Ægæo, Lesbos iacet insula dives.*	ver. 2. Geor.
Lethæa	*Olenus in lapidem est versus, Lethæaq; coniunx.*	ovid 10 met
Lethe	*Flumen at inferni præbes oblivia Lethe:*	ovi. 2 pont.
Lethe	*Illud ab Hispano desumpsit flumine, nomen.*	Claud. 2 de rap
Leucadia	*Leucadia Epiri regio, contermina ponto.*	ovid in epist

Leucas

Leucas urbs	*Leucas in hac præcelsa olim regione vigebat:*	Luc.1
	Quam iuxta Antoni, senſiſti Cæſaris arma.	Luc 5
Leucapſis	*Leucapſis, comes Æneæ ſubmergere ponto.*	ver,6 æn,
Leucates.	*Mons, ſtat in Epiro Leucates, montibus horrens.*	ver.3,æn,
Leuce	*Italiæ urbs Leuce, molli vicina Tarento.*	Luc,5.
Leuci popu.	*Haud procul à Belgis, Leuci valuere ſagittis.*	Luc.1.
Leucon	*Rex Leucon Ponti eſt, à fratre peremptus adulter.*	ovid in Ib
Leucoſia inſula	*Ambit Leucoſiam Tyrrhenum, fluctibus, æquor.*	Ovid.5 met
Leucothea.	*Leucothea coniunx Athamantis in æquora ſaltat*	ovid.met.4,
	Cum nato, ut ſtuduit furias vitare mariti.	
Leucothoe.	*Phœbus in Eurymenen verſus ſtuprat Oechane natam*	
	Leucothoën, perdure, tuam, quam deſodis inde.	ovid 4,met.

L I

Libanus	*Mons Syriæ Libanus, thuris fœcundus honore.*	Auſon
Libethrydes	*Mons Thraces Muſis nomen Libethrydas indit.*	ver 7 Eclog
Libitina	*Funera quæ decorant, Libitina templa reſervant.*	Hor, 3 Car.
Libra	*Libra, diem nocti paribus, diſterminat, horis.*	Ver 1 Geor
Liburni	*Inter Dalmaticos, Iſtroſq; habitate Liburni.*	ver.1.æn.
Libya vide Africa	*Orbis totius Libyæ pars tertia, ſeſe*	verg.1 æn
	Finibus è Pharijs, ad Gades pandit utraſq;.	Luc,1.
Lichas	*Alcides puerum lethalia dona ferentem*	ovid 9 met
	Torſit in Euboïcum pelagus: nunc prominet ingens	
	Petra, Lichas fertur, ſervato nomine primo	
Ligea	*Doridis & Nereï proles eſt nympha Ligea.*	ver 4 Geor.
Liger flu.	*Celtarum fines, Ligeris rigat unda remotos.*	Luc,1,
Liger	*Æneas Ligerum, Turni de parte, trucidat.*	Verg.10.æn
Liguria.	*Italiæ tractum Ligures colaere rebelles:*	Luc,1
Ligures.	*Iuxta Apenninum: quos Macra diremit Hetruſcis*	ovid 2 met
Lilybæum promont,	*Prominet in Siculo Lilybæum rupibus alto*	verg.3,æn
Lingones	*Belgica Gallorum gentem tibi Lingonas affert.*	Luc.1

Pſammate

Linus	*Pſammate Linus eſt Phœboq; parentibus ortus:*	
	A canibus laniatus, avum vitando Crotopum.	sta Theb
Linus	*At quem Terpſicore peperit, ſit ab Hercule cæſus.*	ver, Ecg. 4
Linternũ	*Linternum præbet dives Campania vinum:*	Sil. 8,
	Scipio ubi ceſsit facis, inibiq; ſepultus.	
Lipare	*Trinacrio, Lipare, circundatur inſula ponto.*	ver. 8, æn
Liriope	*Liriope Oceani proles, mare nympha gubernas,*	Ovid 3. met.
Liſſus.	*Dalmatiæ urbs Liſſus, Macedûm quæ finibus hæret.*	Luc. 5
Liſſus.	*Hauſerunt Thraces, Liſſo de flumine, lymphas.*	
Livia	*Cæſaris Auguſti ſint olim Livia coniunx.*	Ovid, 1, Triſ,
T. Livius	*Livius hiſtorias Romanas tradit abundè, &*	Mart
	Quæ Pœni ingentem geſſerunt bella togatam.	
Lixus	*Æquor ad Herculeũ, Maurorum urbs priſtina Lixus.*	Sil. 3

L O

Locri	*Parnaſſum iuxta, populum dat Græcia Locros,*	
Locri	*Fertq; urbem & populum, Latialis Græcia Locros.*	verg. 3, æn
Locuſta	*Docta veneficij, grata eſt Locuſta Neroni.*	Iu ſat 1
Lotis	*Neptuno prognata fuit pulcherrima Lotis:*	ovid. 9. met
	Arboris illa tulit, ſervato nomine, formam.	

L V

Lucã	*Ex Lucâ urbe, petunt veteres oracula Thuſci.*	Luc. 1.
Lucagus	*Lucagus atq; Liger Rutili tibi Turne cohærent.*	Verg 10 æn
Lucani	*Lucani Auſoniæ populi, à Samnitibus orti.*	Sil. 8,
Lucanus	*Corduba Lucanum civilis, carmine, belli*	
	Scriptorem tulerat: moritur mandante Nerone.	Mar, 7.
Luceres	*Romani Luceres populi pars tertia quondam.*	Ovid. 3 faſt
Luceria	*Appula Luceriam tellus complectitur urbem.*	Hor 3 Car
Lucetia	*Lucetia urbs Venetum: linquit quam Scipio cuſtos.*	Luc 2
Lucetius	*Lucetius lucem, dicetur Iuppiter, adens.*	Verg. 9, æn.

Luci-

Lucifer	*Luciferum æthereo peperiſti Aurora Tonanti.*	Ovi. 11. met
	Iamq; præit Phœbum, Veneris clariſſima ſtella.	ver. 8. æn.
Lucilius	*Carmine Romano Satyras Lucilius infert.*	Hor, 14 ser
Lucina	*In lucem partu profert Lucina creatos:*	Claud 3 de rap
	Quam priſci agnoſcunt Iunonem: aliiq; Dianam.	Ouid. 2 faſ. ovid 2 amor
Lucretia	*Collatini uxor, ſævo violata tyranno,*	Ovid. 2 faſt.
	Confodit, cultro, caſtum Lucretia pectus:	
	Exulat hinc Roma, regum truculenta poteſtas.	Mar, 1 & 11
Lucretius	*Naturam rerum pandunt tua ſcripta Lucreti.*	ovid 2 Triſ
Lucretilis	*Priſca Sabinorum gens, mons Lucretile gaudet.*	Hor, 1, Car
Lucrinus	*Se lacus immiſcet lympha Lucrinus Averno.*	Sil, 12.
Lugdunũ.	*Gallica Lugduno, decoratur Celtica ab urbe:*	Iu sat. 6
	Huic Arar & Rhodanus, ſinuoſis flexibus hærent.	
Luna	*Vrbem iuxta æquor, ſuſtentat Hetruria Lunam.*	Luc. 1.
Lupercal.	*Præbet Roma locum, fertur qui ritè Lupercal:*	ovid faſt 2
Luperci	*Hic tibi Pan, celebrant ſolennia ſacra Luperci.*	ver, 8 æn
Lupus.	*Trinacrius Lupus eſt vates, Perſeïdos author.*	ovid, 4, de ponto,
Luſitania reg	*Magnam Hiſpanorum fert Luſitania partem.*	sil. 3.
Lutatius	*Proſternis Pœnos navali Marte Lutati:*	Sil, 13,
	Captivaſq; rates Lylibæi ad littora ducis.	sil. 6

L Y

Lycæus	*Iuppiter, Arcadiæ tibi mons ſacer, ille Lycæus*	Ver, 1, Geor
	Et Pani: de quo dictus Pan ſæpe Lycæus	ver 8, æn
Lycæa	*Hic etiam Pani celebrantur ſæpe Lycæa.*	Ovid, 2, faſ,
Lycãbes	*Verſibus Archilochi, laqueo dat colla Lycambes.*	Hor. in epod
Lycaon	*Arcadio immanem Iovis ira Lycaona regem*	Ovid. 1. met
	Ferre Lupi formam fecit, quia numina ſprevit:	
	Quo ſata Caliſto micat Vrſa Lycaonis Arctos.	ovid 1 Triſt
Lycaon Lycaon Lycas.	*Alter Priamides: alius fabricaverat enſes.*	Ver. 9, æn,
Lycaſte	*Inſignis meretrix, Priamo haud qua nata, Lycaſte.*	verg. 10 æn

Fert

Lycii — *Fert Asiæ Lycios regio præclara minoris,* — Verg. 1 æn.

Lycia — *Quam Lyciam dixere: ubi fert oracula Phœbus.*

Lyciæ sortes — *Hinc Lyciæ sortes dices oracula Phœbi.* — verg 4 æn

Lycidas — *Centaurus Lycidas: pastor non ille Maronis.* — Ovi. 12. Met Ver. in Buc

Lycomedes — *Qui Scyron rexit Lycomedes servat Achillem.*

Lycophrō — *Quæ Cassandra canit, versu describe Lycophron.* — Ovid. in Ib.

Lycoris — *Arsit amore tui Gallus, formosa, Lycoris.* — verg. Buc.

Lycormas — *Auriferi Ætolûm fines rigat unda Lycormæ:* — ovid. 2 met

Lyctus — *Vrbs Cretæ Lyctus: gentile hinc Lyctius ædit.* — Vergil. 3, æn

Lycurgus — *Qui Thraces rexit, dum vina abolere Lycurgus* — verg 3 æn

Nititur, ipse sibi, furibundus, crura recidit. — Iuc 1 Hor. 1 Car

Lycurgus. — *Legibus ornavit Spartam, & pietate Lycurgus:*

Quem Lacedæmonij sacro dignantur honore.

Lycurgus. — *Qui Nemeam rexit, vates meminitq; Lycurgi,* — Stat, theb. 8

Lycurgides — *Inde Lycurgides satus est, qui patre, Lycurgo.* — Ovid. Ib.

Lycus — *Exul Thebanus Lycus, Herculis occidit armis:*

Thebanum petijt, absente quod Hercule, regnum. — Sene trag

Lycus — *Sæva Lyci Æneas Troiani fata dolebat.* — Verg. 1, æn

Lycus — *Sceptra Lycus quondam tua rex, Bœotia gessit.*

Lycus — *Sub terris Asiæ Lycus, hinc sese exerit, amnis.* — Ovid, 5. met

Lycus — *Magnus & Euxinum tendit Lycus amnis in æquor.* — ovi. 4 pont.

Lydia regio minoris Asiæ — *Lydia vicina est Phrygiæ, quà Phœbus Eoo* — ovid. 6 met

Oceano emergit, regio, tibi Mysia tractu — Claud, 1 de rap

Hæret ab Arctoo: cui Caria limes ab Arcto: — Iu sat, 14.

Rege quidem Cræso, Pactoloq; amne celebris. — Ovi. 4, pont.

Lynceſtis — *Humectat Macedûm fines Lynceſtius amnis?* — ovid

Quem, quicunq; parum moderato gurgite traxit, — Ovi, 15, met

Haud aliter titubat, quam si mera vina bibisset.

Lynceus — *Conspectum penetrant murum tua lumina Lynceus:* — ouid, 8 met

Fatidica navis rector patre natus Aphareo. — Flac 1

Lynceus — *Ast Idæ frater, Pollucis sternitur armis.* — Ovid, 4, fas,

Rex

Lyncus	*Rex Scythiæ Lyncus, Lyncis tulit ille figuram.*	evid. 5 met,
Lynceus	*Ex quinquaginta, vixit tantummodo Lynceus*	Ouid, Epist,
	Ægypti natis: dextra periere nefanda	
	Vxorum, Danaï natarum: Lyncea coniunx	Ovid, 1. met
	Servat Hypermnestra, Danao qui facta rependit.	
Lyrceus	*Arcadiæ lymphas fons dat Lyrceus amœnas.*	sta Theb 1
Lyrnessus.	*Troadis urbs Lyrnessus erat, quam stravit Achilles.*	Ovid, Epist.
Lyrnessis.	*Capta hinc Briseïs, Lyrnessis quæ inde vocata est.*	ovid trist
Lytis	*Cur, effrena Lytis, tibi non sunt fœda pudori?*	Mat, 2
Lyris	*Lyris Fibrenum Campanis miscuit undis.*	Luc, 2, Sil 8.
Lysippus	*Solus Alexandrum Lysippus calat in ære,*	Hor 3, Epist

M A

Macareus	*TEgenuit Macareu, ventos qui numine torquet:*	Ovi in. Epist
	Cui Canace peperit, germana miserrima, prolem:	
	Hîc fugit: Illa quidem sese patris ense, trucidat.	
Macæ.	*Ora Macis Libyæ populis squalentia, barba.*	sil. 3
Macedones	*Europæ Macedûm regio vastissima, ab Arcto*	Oui, 12, met
Macedonia	*Dalmatiæ vicina: Ægæum terminat oram*	Luc. 2.
	Eoam: Adriacum, quà Phœbus concidit, æquor.	Luc 6
Macer	*Serpentes volucresq; Macer, descripsit & herbas.*	Ovid, 4, de Pont
Machaon	*Gravis Dux ab equo descendit sine Machaon:*	ver 2, æn,
	Hunc necat Eurypilus, Phœbi de stirpe, nepotem.	Ouid 4 pon.
Macra flu.	*Amnis Macra petit, Ligurum de montibus, æquor.*	Luc. 2,
Italiæ Macrones	*Sunt Asiæ populi stabulis Macrones in altis.*	Flac. 5
Mæander	*Mæander Phrygiæ, sinuosis flexibus, amnis*	Luc 2. 36.
	Maximus: hunc fingunt Terra Oceanoq; creatum.	Ovid. 9, met
Mænades	*Mænades, insano gestu, Baccho Orgia promunt.*	Iu. Sat, 9
Mænalus.	*Pinifer Arcadiam mons ornat Mænalus ingens:*	Ver. 1, Geor
	Pani, hîc Mænalios modulata est tibia versus.	ver in Buc.
Mæonia	*Mæonia hic fertur regio, quæ Lydia suprà.*	verg. 4. geor
Mæonis	*Mæonis hinc, vati Peligno, fertur Arachne.*	Ovid. 9, met

Mæotis

Mæotis	*Mæotis varios, Scythiæ lacus, accipit amnes.*	Luc 3.
Magneſia.	*Mæandrum ad fluvium ſtetit urbs Magneſia dives.*	Flac 2
Magnetes Magneſſa	*Hic Magnetes erant, cultrix Magneſſaq́ ibidem.*	Luc, 6, Hor 3 Car.
Maia	*Mercurij genitrix, Atlantis filia, Maia eſt.*	verg 8, æn
Maieſtas	*Te, Dea, maieſtas honor & reverentia gignunt.*	ovid faſt
Malea	*Mons Malea, undoſum Spartarum excurrit in æquor.*	Luc. 9.
	Iactatos ſolitus nautas ſubmergere ponto.	Verg. 5 æn
Mallos	*Terra Ciliſſa tenet, Mallos quæ dicitur, urbem.*	Luc. 4.
Mamertes fra. Hyſaponis Corinthij	*Fratre ſatos perimit Mamertes, regna tenere*	ovid, in Ib.
	Dum ſtudet: hunc frater membratim diſcidit inde.	
Mamertini	*Fert Mamertinos populos Campania dives:*	Mart in Xeniis
	Quos inde agnoſco, Triquetræ regionis alumnos,	
Mamurius	*Auro Mamurius fabricat cæleſtia dona.*	ovid 3 faſt
Mamurra	*Marmore ſplendentes ſtruxit Mamurra columnas.*	Mar 9
M. Manlius Rom.	*Servat Magnanimus Tarpeiam Manlius arcem,*	verg. 8 æn
	Gallorum ſternente manu Romam atque Quirites,	
	Magnanimo Senonum Brenno moderante phalanges:	
	At regnum affectans, præceps deiectus ab arce eſt.	
Manto	*Tireſia proles, venturi præſcia, Manto,*	Verg, 10 æn
	Tibri Oenum peperit: iuxta ille Padum extruit urbẽ,	
Mantua	*Mantua quã luget, nimiùm vicina Cremonæ.*	ver in Buc.
Marathon	*Atticus eſt campus Marathon: ubi millia centum*	ſta Theb 12
	Miltiades ſtravit Perſarum, Marte ſecundo: hîc	hic senec in Hip,
	Occidit Theſeus, immenſo robore, taurum.	Ovid. 7. met
M. Marcellus	*Marcellus rem Romanam, turbante tumultu,*	
	Siſtit eques, ſternit Pœnos, Gallumq́ rebellem:	Ex ver, 6, æn
	Atque Syracuſas expugnat, ſtrenuus, urbem:	ſil, 14
	Qui toties conſul Romanas protulit oras.	
C Marcellus Lentuli Collega Marcellus	*Tu conſul Marcelle loquax, & Lentulus unà es.*	vergil 6 æn,
	At ſoror Auguſti Marcello Octavia mater:	Luc, 1.
	Quem cita mors annos vetuit libare viriles.	

Marcomani	*Marcomanos ſuperat Germanos Cæſar in armis.*	sta syl 3
Mareotis.	*Epiri regio Mareotis, fertilis uvis.*	ver 2 geor.
Mariandyni	*Tractum Aſiæ, Mariandyni coluere minoris.*	Flac 4
Marica	*Nympha parit coniunx tibi Faune, Marica Latinum.*	Ver. 7. æn.
Marius humili loco natus, ſepties conſul. vide Arpinas	*Terq́ quaterq́ fuit Marius, non ſtemmate, conſul.*	Luc. 1.
	Ille Iugurthino clarus, Cimbroq́ triumpho,	ovid, 4, de ponto,
	Tentonicoq́: tamen ſuperatum Sylla fugavit	verg. 2. geor
	Civili bello. Tandem revocare cruentum	Luc. 2.
	Cinna ferox audet, Roma hinc madefacta cruore eſt.	
Marius	*Hic Marium genuit, parili Mavorte, ferocem.*	Luc 1
Marius	*At Marius vates, genus omne poëmatis affert.*	ovi. 4 pont.
Marmarica.	*Marmarica eſt Pharijs regio contermina regnis.*	Luc, 3
Marmaridæ	*Gens ubi Marmaridum ſerpentum negligit ictus.*	Luc. 9
Maronea	*Vrbe Maronea Cicones gaudere feruntur.*	Tibul ad Meſſalam
Marpeſſa	*Marpeſſa Eveni proles pulcherrima, coniunx*	Hom. Il 9.
	Idæ formoſi: raptas quam, Phœbe, marito.	
Marpeſſus	*Monte Paros gaudet Marpeſſo, marmore fæto.*	Verg. 6 æn
Marrubij.	*Marrubij Italiæ populi de rege feruntur.*	ver. 7. æn.
Marrucini Marſi.	*Marſorum hic regio Marrucinoſq́ tuetur.*	Sil 8
Marrunium.	*Marrunium urbs inibi, Marſorum maxima quondã.*	Sil. 8
Mars	*Numine bella regens Mars eſt Iunone creatus*	ovid 3 faſt
	Et Iove, quem vates Mavortem ſæpe vocarunt.	Verg. 12. æn
Marſi	*Italiæ tractum Marſi tenuere feroces.*	Luc. 2
Marſyas.	*Niteris ut numen ſuperare canendo bicornis,*	
	Te corio ſpoliat, tibicen Marſya, Apollo: hinc	
Marſyas Phrygiæ amnis.	*Nympharum ex lachrymis coaleſcit Marſya flumen.*	Ovid. 6 met
Martia	*Martia magnanimo nupſit formoſa Catoni.:*	Luc, 2,
	Quam tibi ſuſcepta, conceſſit, prole, diſerte	
	Hortenſi: hoc vita functo, redit illa Catoni:	
Maſiniſſa	*Longævus rexit Numidas Maſiniſſa feroces:*	Ovi. 3, faſt, Claud, de bello Gil.
	Qui regno potitur, ſuperato Marte Syphace.	

Maſſagetæ

Massageta. *Massagetæ Scythici mistum lac sanguine, potant,* Sta in Achil.
Atq; senes mactãt, quibus est haud propria coniunx.

Massicus. *Campanus lætas mons profert Massicus uvas.* Hor, 1 Car,

Massilia. *Massiliam decorant Gallis fragrantia vina:* Mar, 12
Artibus hanc urbem fertur coluisse Minerva. Luc, 3.

Massyliorum gens. *Gens Lybiæ nudo residens Massyla caballo,* ver. 4. æn
Ora levi flectit, frænorum nescia, virga. Luc. 4

Massyli equites. *Hinc Massyli equites fulgentia signa tulere.* sil. 3

Matinus. *Mons apibus Calabris buxisq; Matinus abundat.* Hor. 4, Car

Matrona. *Matrona Gallorum decurrit montibus amnis,* Auson in Mosel.
Belgarum à Celtis dirimens, ut Sequana, fines.

Matralia. *Matutæ matri fiunt Matralia festa.* ovid 6 fast

Mattiacũ *Mattiacum retines urbem Germanica tellus.* Auson in dis

Matuta. *Æquoreum, numen Cadmo Matuta creata est:* vergil.
Leucothea, atq; Ino est, Aurora eademq; vocata.

Mavors. *Horrida bella regit Mavors Iunone creatus.* Verg. 12. æn

Mauri. *Occiduos Libyæ regio dabit arida Mauros:* Claud de bello Gild,

Mauritania. *Illa feras profert validas Mauritania tellus.* Verg. 7 æn

Mausolus. *Mausolo Carum regi præclara sepulchra* Mar, 1

Mausolæum. *Mausolæa struit, dilecta Artemisia coniunx.* Luc. 8

Mazaces. *In Libya populus benè torsit missile Mazax.* Luc. 4

M E

Mecœnas *Romæ clarus eques Mecœnas, ortus Hetruscis* Hor 1 Car
Regibus, Augusto charus, quod Horatius illi Hor, 1 ser
Vergiliusq; fuit, celebres alijq; poëtæ. Hor 1 Epist
Hinc Mecœnates studiorum agnosco patronos. ver. 1. æn.

Medea. *Colchorum princeps genuisse Æëta putatur* Ovi in Epist
Medeam infestam, quam cum sprevisset Iason, ovid. 4. met
Natos sæva necat, peperit quos ipsa, marito. Horat. in arte

Medeon urbs. *Bœotum Medeon exornat mœnibus oras.* sta Theb 7

Media	*Media vasta Asiæ regio: contermina Parthis,*	Ver. 2, Geor.
	Quà Titan oritur: quà curtas efficit umbras,	Luc. 2.
	Persida prospectat, Zephyrus quà flatibus urget,	Luc. 8.
	Assyriam: Boreas quà stringit frigore lymphas,	
	Hyrcano coniuncta mari: quæ montibus horret.	
Medi	*Sustinet hæc Medos: ait hinc Maro Medica rura.*	Ver. 2, Geor
Mediolanum	*Vrbs Mediolanum Gallorum dives in oris.*	Auson. de cla urb
Medeon.	*Bœotum urbs Medeon, valido circundata muro.*	Stat Theb. 7
Meduſa	*Ex Ceto Phorcus fertur genuisse Medusam:*	Sene. Tra 7
	Palladis ante aras stupras hanc Neptunus: at illi	
	Transtulit in colubros rutilantes diva capillos:	Luc 9
	Quam valido Perseus fertur prostrâsse lacerto.	Ovid. 4. met
Megæra	*Nox Acheronŷ trucem furiam genuere Megæram.*	Luc. 1.
Megalesia	*Divorum matri sunt Megalesia ludi.*	Ovi. 4, fast,
Megalia	*Insula Tyrrheno præcincta Megalia ponto est.*	Sta. sil 2
Megara	*Alcidæ coniunx Megara est, sata rege Creonte.*	Sene trag 1
Megara	*Mons Siculus Megara est: sic urbs dicetur Achivûm.*	verg. 3, æn
Megera	*Trinacriæ Megeram, Catinâ propè, cernimus urbem.*	Sil. 14
Megareus	*Hippomenis genitor Megareus, Oncheſtia proles.*	Ovi, 10. met
Melæna insu	*Circuit Ionŷ tractum maris unda Melænam.*	Sta. Theb, 12
Melãpus	*Argivo satus est, Amithaone pater, Melampus.*	Ver 3 Geor
Melaneus	*Thessaliæ Melaneus habitabat regna biformis.*	Oui. 12, met
Melacte.	*Vrbs Siculæ regionis erat, piscosa Melacte.*	Sil, 14,
Melanthius	*Sternere, caprarum custos, ab Vlysse, Melanthi.*	Ovi. in Epist
Melanthus flu,	*Lene Melanthus iter, Scythicis agit amnis, in oris.*	Ovid, 4, de Pont
Melantho	*Proteo prognatam stupras Neptune Melantho.*	Ovid, 5. met
Melanyon	*Qui suprà Hippomenes, hîc Melanyona vocemus.*	proper 3
Melas.	*Parnassi de monte, Melas fluit unda Minervæ:*	Luc. 6
Melas	*Nomine quo, varios amnes reperire licebit.*	Flac 4
Meleager	*Principis Ætolûm Meleager filius Oenei,*	ovid 2 met
	Stravit aprum, in fruges quem misit spreta Diana:	Ovid 8 met

Consumptus

Conſumptus perijt, fatali ſtipite aduſto. ovid. lb.

Meleagrides. *Vt ſimul innotuit, Meleagrides inde ſorores* ovid 8 met
Sunt in aves verſæ, fratris dum fata dolebant.

Melibœa. *Theſſaliæ urbs Melibœa, ubi purpura tincta refulget.* Ver. 3, Geor

Melicerta *Principe Thebarum, ſatus eſt Melicerta Athamante:* Ver, 4, Geor
Hic materq; Ino finguntur numina ponti. ovid 4 met

Meliſſus. *Nata Meliſſa fuit Cretenſi rege Meliſſo:*

Meliſſa. *Caprino quæ lacte Iovem nutriſſe putatur.*

Meliſſus. *Naſo refert vatem ſocco gaudere Meliſſum.* ovid 4 pon.

Melite. *Fertilis eſt Melite, ſterili vicina Coſyræ* Ovid. 4 faſt
Inſula, quam Libycum circundat, fluctibus, æquor.

Mella. *Gallia tranſalpina amnis te Mella rigabit.* Ver. 4 Geor

Melpomene Muſa. *Melpomene tragicos meditata eſt Muſa cothurnos.* verg. Epigr,

Memnon. *Tithono Memnon ſatus eſt, ab Achille peremptus:* Ovi, 13, met
Corpore combuſto, cineres manſere volucres:

Memnonides. *Dictæ Memnonides, Aurora id matre precante.*

Memphis. *Ardua Pyramidum ſublimi ſidera Memphis* Luc, 3. 8
Mole Phari urbs ſpectat, refluo contermina Nilo. Tibul 1

Menalippa. una Amaz. *Hippolites Menalippa ſoror, ſit ab Hercule capta.* Mar 1 Iu ſat. 4

Menalippus. *Tydea lethali Menalippus vulnere, ſternit* Stat Theb. 8
Thebanus, Tydeus hunc obtruncare procurat.

Menãder. *Comice Cecropidæ delectas, arte, Menander.* Ovid. 2 triſt.

Menelaus *Spartanæ regionis erat Menelaüs Atrides* vergil 2 æn,
Rex, Helena uxore, atq; Agamemnone fratre, celebris. AEneid. 6.

Menephron. *Fit fera vi ſuperûm quoniam cum matre, Menephron* Ovid, 4. met
Concubiturus erat, ſævarum more ferarum.

Menetriades. *Ferto Menetriaden quem infrà vocitabo Patroclum.* Ovi. in Epiſt

Menœceus. *Thebanus iuvenis, genitore Creonte, Menœceus;* ſta. Theb 10
Obtinet ille ſua, patriæ qui morte, ſalutem. ver, 5 æn

Menœtes. *Rectorem navis Centauri, dico Menœten.* Ovid, Epiſt,

Menœtius. *Patrocli pater ille Menœtius Actore vatus.* Iu ſat 8

Mentor. *Arte ſtupenda, olim cælavit pocula Mentor.* In ſat 8
Mephitis. *Dicitur ingrati fœtoris diva Mephitis.* ver. æn, 7.
Mera. *A Iove ſtupratur, texit quam forma Dianæ* ovid 7 met
Mera, Deam ſpernit, quam ſe ſtupraſſe putabat:
Fit canis, irata telo confoſſa Dianæ,
Mera. *Mera Palatinæ Veneri dat ſacra ſacerdos.* Stat Theb. 8
Mercurius. *Mercurium peperiſſe Iovi te, Maia, putamus.* ver, 4 æn
Mermeros. *Curſu alios ſuperat Centauros Mermeros omnes.* ovid 12 met
Meroë. *Eſt ſeptemgemino, Meroë, cincta inſula Nilo.* Luc, 10.
Merope. *Atlantis proles Merope, tibi Siſyphe nupſit.* Ovid. 4 faſt
Meſembria. *Vrbe Meſembriaca Thraces gaudere feruntur.* Ovid, 1 triſ.
Meſſalina. *Romanas aures tua Meſſalina, libido* Iu ſat. 6
Vrit, ſupplicio quam Claudius afficit inde.
Meſſana. *Vrbs Siculis Meſſana, uvas producit opimas.* Sil. 14
Meſſapus. *Æneam contra, Turno Neptunia proles* ver, 7 æn,
Hæſit Meſſapus, ferro imperfoſſus ab omni.
Meſſe. *Graia, parens volucrum fuit, urbs Cythereia Meſſe.* ſta 1 Theb
Meſſena *Vrbs fuit, & regio celebris, Meſſena Laconum.* Oui. 12, met
Meſſagetæ. *Meſſagetæ in Scythia miſtum lac ſanguine potant.* Cla in Ruf 1
Metabus. *Priverni Metabus rex, quo ſata patre Camilla eſt.* verg. 10. æn
Metaurus. *Vmbria diffundit lympha reſonante Metaurum:* Sil. 8
Quem iuxta, Aſdrubalē ſuperat Nero Claudius Afrū. Hor 4 Car.
Metelli. *Clara Metellorum Romæ fuit orta propago.* Iu. Sat, 15
Metellus. *Protegit incaſſum Saturnia templa Metellus.* Luc. 3
Cæſaris ut turmæ bona diripuere Quiritum.
Metellus. Romanus pontifex. *Pontificum ſummus, lingua impediente, Metellus,* ſta syl 3
Privatur viſu, dum liberat igne Minervam.
Methone. *Vrbs Peloponneſi, iuxta mare, parva Methone.* Flac 1
Meteri pop. *Gens Meterea colit, ſumantem flexibus, Iſtrum,* Ovid. 2 triſt.
Methymna *Vrbs Lesbi tumidos profert Methymna racemos.* ovid. 1 art
Metiſcus. *Teſte Marone fuit, tibi Turne, auriga Metiſcus.* verg. 12. æn

Quam

Metra. *Quam Neptune ſtupras, Eriſichtone Metra creatur,* ovid 8 met
Quamlibet in formam quæ ſe transferre valebat.

Metius *Mandat Rex Tullus Metium in diverſa quadrigis* verg. 8. æn
Diſcerpi, armatos aciem dum linquere cogit.

Menania urbs, *Vmbria te gaudet gregibus Menania, dives.* Sil. 8,

Mævius. *Mævius, & Bavius, ſtolidi inſulſique poëtæ.* ver in Bne.

Mezentius. *Tyrrhenûm princeps ſuperûm, Mezentius, atrox* Verg, 10 æn
Hoſtis, ab Æneæ lethali ſternitur ictu.

M I

Mibæ. *Sol Libyæ gentem ſuevit torrere Mibarum.* Sil. 3

Micipſa. *Rex Numidûm ſatus eſt Maſiniſſa patre, Micipſa:* sil. 2
Quo patre Adherbal erat ſatus, & miſerãdus Hyẽpſal.

Micite. *Vrbs Triquetræ viguit Micite regionis in ora.* Sil, 14,

Midas. *Sceptra Midæ Phrygiæ geſtanti infenſus Apollo* Clau, pan, 3
Addidit auriculas aſini, quo iudice dignas:
Cui contacta manu, ſubitò vertuntur in aurum. Ovi. 11, Met

Midea urbs, *Armentis Mideam Bœotia continet aptam.* Stat, 1, 7

Mirace. *In Scythia, urbs viridis Miracę viguiſſe putatur.* Flac. 6

Miletus. *Miletus Phœbo prognatus, mœnia condit.* Iuven 6.

Miletum. *Caria quæ tulerat, poſitoris habentia nomen.* ovid. 9, met

Miloathleta *Cuncti in Olympiaca lucta ceſſere Miloni.* ovid in Ib,

Milo civis Roma. *At civis, Clodi proſterneris enſe, Milonis.* Luc 1 Iu ſat. 2.

Mimalion, *Mimalion deamas Atalantam cæce puellam.* prop. 1

Mimallonides, *Bacche Mimallonides tibi ſacrata Orgia promunt.* Ou. 1, de art

Mimas. *Bella Mimas ſuperis movet: hinc cadit ignibus ictus.* Hor, 3 Car,

Mimas mons *Ad montem Ioniæ luſere Mimanta Lyæo.* ovid. 2, met,

Mimnermus, *Mimnermus vates deſcribit carmine amores.* Proper 1

Mincius. *Per Venetûm fines decurrit Mincius amnis.* verg 10. æn

Mineides Thebanæ ſorores in veſperil. *Thebanæ quoniam, Minëides, Orgia ſpernunt,* ovid 4 met
Nocte volant, ſeròq; tenent de veſpere nomen.

Minerva.	*Quæ Iovis est cerebro sapiens prognata Minerva,*	ver. 2. æn
	(Pallas item fertur) regit artes atq; duella:	Verg. 3 æn
	Quarum quoq; probat Marci natura deorum.	Cic. de nat. deorum.
Minio.	*Thuscorum Minio fluvius convolvit arenas.*	verg. 10. æn
Minos.	*Ex Iove & Europa Minos prodibat in orbem,*	
	Rex Cretæ: infernis quem nunc dare iura loquuntur.	ovid 7 met
Minotaurus.	*Fert Minotaurum, Minoïs sponsa, biformem*	verg 6, æn
	Gnossia Pasiphaë, partim taurumq; virumq;.	ovid, Epist.
Minthe.	*Cocyti proles Minthe mutatur in herbam.*	Ovi. 10. met
Minturnæ	*Minturnas urbem præbet Campania dives:*	Hor. Epist.
	Hîc Marium occultant, Sylla victore, paludes.	Ovi. 4. pont.
Minyæ.	*Thessala gens, Minyæ, sequitur te ad vellus, Iason.*	Luc, 6
Misenus promontorium.	*Misenus recreare tubæ solet Hectora cantu:*	Verg. 6 æn
	Campanæ, æquoreo qui nunc dat nomina monti.	Sil, 12.
Mithridates.	*Corporis atque animi pollebat viribus acer*	Mar, 4.
	Rex olim Ponti Mithridates, ille Quiritum	
	Hostis atrox, victus, lethum sibi protinus infert.	
Mitylene.	*Vrbs Lesbi Mitylene, ita Lesbos fertur & ipsa.*	Luc, 5.

M N

Mnemosyne	*Mnemosyne Musas fertur peperisse Tonanti.*	Ovid 6 met
Mnestheus	*Italiæ, Æneam Mnestheus comitatur ad oras.*	verg. 12. æn

M O

Mœsia.	*Mœsia Pannoniæ regio coniungitur oris,*	Luc. 3
	(Quam rigat Ister aquis) quà Phœbus vespere tendit.	
Moesi populi.	*In Scythia, Mœsus celer est mutator equorum.*	Flac 1
Molorchus.	*Hospitio Alciden pastor cæpisse Molorchus*	ver. 1. geor
	Dicitur: hinc illi fertur prostrasse leonem.	stat, 4 Theb
Molossia.	*Epiri regio sylvosa Molossia fertur:*	ovid 1 met
Molossus.	*A Pyrrhi nato, nomen sumpsisse putatur.*	Luc. 4.
Molossi.	*Quosq; canes tulerat regio, dixere Molossos.*	Stat, theb. 3
Monœcus	*Gaudebant Ligurum naves statione Monœco.*	Luc 1

Partho-

Monœsis. *Parthorum viguit princeps aliquando Monæsis.* Hor, 3 Car,

Moneta. *Iunoni nomen Romæ imposuere Monetam.* Luc. 1.

Mõtanus. *Imparibus gaudet numeris Montanus & æquis.* Ovi. 4, pont, Iu sat. 1.

Mony-chus. *Centauros superat, se præter, Monychus omnes*
Robore: nam ab radice ornos contorsit in hostes. Flac

Mopsus *Mopse futura canis: fœdus non ille Maroni.* Ver. in Buc

Morgẽtia. *Trinacriæ urbs nova, frondosis Morgentia campis.* Sil. 14

Morini. *Sunt inter Belgas, Morini populi, atq; Britannos.* verg. 8, æn

Morpheus *Cuiusvis potuit Morpheus confingere vultus.* Ovi. 11, Met

Moschi. *Moschorum est Asiæ regio contermina Tauro.* Luc 3

Mosella. *Amne Mosella rigat Gallorum corniger oras.* Auson. in Edyl 9

Moses. *Isacidas rexit, divino numine, Moses,* Iu sat, 14.
Quo duce servantur, Pharioſubeunte tyranno:
Quem cum Niliacis bifidi maris obruit unda.

Mosyneci, *Mosyneci veteres Asiam coluere minorem:* Flac. 5

Mosyni. *Haud procul à Tanaï Scythiam coluere Mosyni.* Tibul 4.

M V

Mucræ urbs, *Samnites prisci Mucrarum mœnia condunt.* Sil. 8,

Mulciber qui & Vulcanus dic. *Mulciberem informem summo fert Iuno Tonanti.* Ovid, 1 trist.
Præsidet hic igni, cælo deiectus ab alto. ovid. 2 art

Munda. *Vrbem funestam profert Hispania Mundam.* Sil. 3, Luc. 1.

Musæ. *Mnemosine Doctas fertur peperisse sorores.* Ovid, 5. fas,
Æthereo Musas genitori: agnosco novenas: ver. 1, æn
De quarum inventis legere est epigramma Maronis. ver. de mus,

Musæus. *Progeniem divûm Musæi carmina pandunt.* Verg. 6 æn

Mute urbs, *Non procul à Megara Muten dat Trinacris ora.* Sil. 14.

Mutina. *Obsedit Mutinam Gallorum Antonius urbem.* Luc, 1,

Mutius. *Hetruscum regem dum cædere Mutius audet* Mar 1
Porsennam: imprudens alium, pro rege, trucidat: ver. de cul
Hinc dextram exurit, liberq; à rege remissus.

Mutuscæ. *Vrbe Mutuscarum dicunt gaudere Sabinos.* ver, 7 æn,

Per

M Y

Mycale.	*Per Phrygiæ campos, Mycale fluit amnis, in æquor.*	Claud, 2
	Fœda veneficijs Mycale celebrata fuisti:	Ovi, 12, met
Mycalessus	*Vrbs est Bœotûm Mycalessus proxima ponto.*	Stat, theb. 7
Myceli.	*In Scythia populi, fragrant qui crine, Myceli.*	Flac 1
Mycenæ.	*In Peloponneso fertur struxisse Mycenas*	Ovid. 6 met
	Iuxta agros Perseus, urbem maioris Atridæ.	ver 1, æn ver, 6, æn
Mycenis	*Iphigenia, vocat te Naso Mycenida, ab urbe.*	Ovid 12 me
Mycone	*Æquore in Ægæo, Mycone iacet insula, vasto.*	Ovid, 5. met
Mycon.	*Pictor erit pastorq́, Mycon, tibi Vergilianus.*	Ver. in Buc
Mygdonia	*Mygdonia est Macedûm regio, quæ Thracibus hæret.*	sil. 8,
Myle.	*Vrbs in Trinacrio stetit olim littore, Myle.*	Sil. 14,
Myrmidones.	*Myrmidones Teucrûm ad bellum comitantur Achillē*	vergil 2 æn,
	Thessalici: formicæ hominum sumpsere figuras.	Ovid 7 met
Myron.	*Arte, Myron nulli cessit statuarius unquam.*	Ovi. 3. pont.
Myrrha.	*Cyprorum regis Cinyræ fera filia Myrrha,*	Ovi. 10. met
	Ignaro cum patre cubat: meritò inde fit arbor.	Claud, de rap.
Myrtilus	*Oenomaï curvum direxit Myrtilus, atqui*	Ovi. 2 de art
	Prodit herum, Pelopis corruptis munere, victum: hinc	
Myrtoüm mare.	*Myrtoüm iniectus signavit, nomine, pontum.*	Ovid. in Ib.
Mysia.	*Mysia pars Phrygiæ est, Helles contermina ponto.*	Ver. 1, geor.
Mysi pop.	*Pristina fluctivagum Mysi gens accolit Istrum.*	ovid 4 met

N A

Nabathæa regio, Arabiæ.	*EOïs Syriæ regio Nabathæa cohæret*	ovid. 1 met,
	Finibus: hic Arabes, vicino sole, nigrescunt,	Luc. 4.
Naïades.	*Naïades nymphæ fontes fluviosq́ tuentur.*	in Buc
Napææ.	*Quas suprà Dryadas, rectè hic appello Napæas.*	ver. 4 geor.
Nar fluv.	*Fiscello Nar monte fluit, servitque Sabinis.*	verg. 7 æn Luc. 4
Narbo.	*Narbo urbe Hispanis, Gallorum separat oras.*	Ausf. de cla. urb.
Narcissus in florem,	*Liriope, iuvenis Narcissus matre, creatus,*	ovid. 3. met

Captus

Captus amore ſui, floris tulit inde figuram.

Narvx vel Narycium, *Locrorum urbs Naryx, pice quondam fertilis atra:* ver. 2. æn
Narytii. *Illinc Narytii Aiacem comitantur ad ad arma.* Verg. 3 æn
Narvia urbs Vmbriæ *Narvia montana urbs, priſcis habitatur ab Vmbris.* Sil 8
Naſamones *Naufragiis Lybici Naſamones vivere curant.* Sil. 3, Luc. 9.
Nauplius. *Nauplius Eubœæ princeps capitalis Vlyſſi* Flac
Ac Diomedi hoſtis, nato Palamede perempto. verg. æn. 2.
Nauſicaë *Nauſicaë Alcinoï Phæacum filia Regis.* Mar. 2
Nautes. *Troianum Nauten, docuit Tritonia Pallas.* ver 5 æn
Naxos. *Æquore in Ægæo, Delum iuxta, inſula Naxos.* Ver. 3. æn.

N E

Neæra. *Phœbe tibi peperit Phaëtuſam, nympha Neæra.* Hom Od. 12
Neæra, *Altera agreſtis erat: te tertia fallat Horati.* vergil Buc.
Neæra, Nealces. *Inſignis iaculo, Veneris pictorque Nealces.* Hor. in Ep.
Nebriſſa. *Vrbs Hiſpania fuit, Satyri coluere, Nebriſſa.* Verg. 10. æn sil 3
Neleus. *Neſtoris eſt Neleüs genitor, Neptunia proles.* Ovi. 11. met
Nebrodes *Nebrodes Siculus mons eſt, unde Himera manat.* Sil. 14.
Nemee. *Quæ Nemee fertur, ſylvam dat Achaïa vaſtam.* Mar 1
Hic necat Alcides Nemæam fuſte Leonem. Luc. 1.
Nemauſus, *Gallica flexivagus lavat amnis rura Nemauſus.* Auſon. de cla urb
Nemeſis *Vltrix eſt ſcelerum Nemeſis, bona quæq; rependens* ſtà Theb 1
Nemeſis. *Authori: At deamat Nemeſis laſciva Tibullum.* Martial. 14
Neobulæ Lycambis Theban. filia *Vxore Archilochum Neobule fruſtrat amata:* ovid, in Ib.
Archilochi verſu laqueo hinc dat colla Lycambes.
Nemes. *Vrbs Germana Nemes, fluvio contermina Rheno.* Luc 1
Neoptolemus, *Dico Neoptolemum, quem pòſt fero nomine, Pyrrhum.* ver, 2, æn
Nepe. *Priſca Nepe urbs Italis, iuxta quæ, Sutria tecta.* sil. 8
Nephele. *Eſt Nephele coniunx Athamantis, mater & Helles.* Luc, 9
Neptunus *AEquora qui ſceptro torques Neptune trident,* verg. 1, æn
Matrem agnoſcis Opem, Saturno patre creatus. verg 3 æn

AEquora

Nereides.	*Æquora quæ torquent genuit Nereïdas olim.*	ovid 1. &
Nereus.	*Nereus Oceani proles, Deus ille marinus.*	Luc
Neritos peninsula	*Neriton Epiri vix totam circuit æquor.*	Sil, 15.
	Induperatorum, quos unquam protulit orbis,	
Nero.	*Nemo Nerone fuit Sexto truculentior unquam.*	Mar. Luc 1,
Nero Augusti privignus.	*Claudius ille Nero rigidis animosus in armis*	Hor. in Ep.
	Imperio Augustum sequitur, tua Livia proles:	
	Quo regnante, orbi dat Christus, morte salutem.	
Nervii pop.	*Nervia Gallorum, Latijs, gens usq; rebellis.*	Luc 1
Nesis.	*Insula Campano circundatur æquore, Nesis.*	sil. 2
Nessus.	*Herculeïs Nessus Centaurus sternitur armis.*	Luc, 6
Nestor vixit 300. annos.	*Nestor prognatus Neleo, sapientia Græcis*	Hor 1 Epist.
	Cuius profuerat multùm, dum Marte fremebant:	Ouid, 12, met
	Ter decies denos, moribundus, vixerat annos.	ver in Moecen. obitum
Netum.	*Trinacris urbs Netum, vel adhuc quoq; stare putatur.*	Sil, 14,
Neuri popu.	*Neurorum Scythicas gens est experta pruinas.*	Flac 6

N I

Nilus.	*Fœcundat Nilus Pharios septemfluus agros,*	ver. 4 geor.
	Quem limo eructat, non certis fontibus, amnis:	ovid. 1 met,
	Et triquetram Ægyptum, sinuoso tramite, reddit.	Luc. 8
Nicrus,	*Nicrus Teutonicos humectat spumifer agros.*	Auson
Ninus.	*Rexisti Assyriam Belo, Nine, patre, create:*	ovid. 4. met
Ninus quæ & Ninive dicitur	*Extruis inde Ninum, præruptis mœnibus, altam*	
	Mille & quingentis munitam turribus, urbem.	
Niobe.	*Progenuit Nioben, cretus Iove, Tantalus, illam*	Ovid. 6 met
	Transtulit in marmor, contempta matre, Diana.	
Niphæus.	*Sternitur Æneæ vel calce Niphæus equorum.*	Verg, 10 æn
Niphates.	*Armeniam Assyrijs seiunges, Monte Niphate:*	Ver. 3, geor.
Niphates.	*Defluit hinc amnis, volvit qui saxa, Niphates.*	Luc 3
Niphe.	*Innuptam Niphe comitatur nympha Dianam.*	Ovid

Inter

Nireus	*Inter erat Græcos Nireüs pulcherrimus omnes.*	Ouid 4 pon.
Nisa	*Nisa datur turpi Mopso formosa marito.*	Ver. in Buc
Nisa	*Hellados urbs Nisa est quæ confertissima sylvis.*	sta Theb 7
Nisus, in haliæetum,	*Aufert Scylla tibi, Megaræ rex Nise, capillum*	ver 1 Geor.
	Filia purpureum: hinc avis, alis aëra tranas.	ovid 8 met
Nisus	*Troïus Euryali consors fidissimus alter.*	Verg. 9, æn.

N O

Noa flu.	*Vnda Noæ rigidas lambit Mæotidis oras.*	Flac 6
Nola	*Vrbs Campana, truci Pæno non pervia, Nola.*	Sil. 8,
Nomades	*Fert Nomadas populos nigris contermina Mauris.*	ver. 4. æn
Nomas	*Afra Nomas regio: hic, quo nomine fluctuat amnis.*	Sil 5
Nomentũ	*Nomentum in Latio viget urbs, fœcunda racemis:*	ver 6, æn, Mar 10.
Nomius	*Thebarum vati, Nomius vocitatur Apollo.*	sta. Theb 10
Nonacris.	*Arcadiæ Nonacris aquas mons, fonte, dat acres:*	sta Theb 4
	Ænea quas nunquam, neq; lignea vasa tenebant.	
Noricum regio quæ hodie Bavaria dicitur.	*Norica Germanos agnoscit terra colentes,*	ver, 3 Geor
	Ionio coniuncta mari, quæ & vergit in Istrum.	Hor. 1, Car

N V

Nuceria	*Ad mare, Nuceriam Campania continet urbem.*	sil 8
Numa Pompilius	*Fert Numa Pompilius, Romæ rex ille secundus*	Ovid. 4 fas.
	Divinas leges, sanctus, gentemq; feroci	Iu sat 3
	Assuetam bello, pacis traduxit in artes.	Ovi, 15, met.
Numana urbs Ital.	*Insignem scopulis Siculi struxere Numanam.*	sil 8
Numantia	*Celtica Romanis obstare Numantia bello*	
	Fortiter urbs: fame erat tãdẽ, haud Mavorte, repressa.	
Numicius	*In fontem fertur rediisse Numicius amnis*	Verg. 7 æn
	In Latio, Æneas ubi erat submersus, & Anna.	Tibul 2
Numidia.	*Afra tulit Numidas regio, contermina Mauris.*	Luc. 4
Numitor	*Nate Proca Numitor Latialis sceptrifer Albæ.*	ovid, 2 fast,
Nursia	*Nursia erat priscis quondam urbs habitata Sabinis.*	sil. 8,

N Y *Nycty-*

N Y

Nyctæus	*Nyctymenen genuit Nyctæus, Neptunia proles:*	ovid 2 met
Nyctymene	*Concubat illa patri ignaro: volat inde per umbras.*	
Nymphæ.	*Mõtibus & Sylvis, lymphis quoq́, numina, Nymphæ.*	ver in Buc.
Nysa	*Indorum grandes aluit mons Nysa lacertas.*	vergil 6 æn,
Nysa	*Vrbs Arabum Pharios propè, Nysa sacrata Lyæo.*	Luc 1

O A

Oaxis	*Insula Creta Iovis, fluvio humectatur Oaxe.*	Ver. in Buc

O C

Ocalea	*Ocaleam veterem, Bœotia sustinet urbem.*	Stat Theb. 7
Oceanus	*Fontibus & fluvijs, Cælo Vestaque creatus*	Ver 4, Geor
	Præsidet Oceanus: cingit qui fluctibus, orbem.	Verg. 1 æn Hor, 1, Car
Ocnus	*Fatidica Manto est & Thybride flumine cretus*	Verg, 10 æn
Ocnus	*Ocnus: tartareum funem contorqueat alter.*	proper
Octavia	*Augusti soror est Antoni, Octavia coniux.*	Luc. 4.
Octavius.	*Nomen & Augusto est, a patre, Octavius ipsi.*	ver. de cul
Ocyroe	*Centauro, Ocyroë Nympha est Chirone creata.*	Ovid, 2, Met
Odessos urbs	*Per veterem Thraces coluisse feruntur Odesson.*	ovid 1 Trist
Odites	*Nube satum, Mopsus Centaurum occidit Oditen.*	Ovi. 12. Met
Odrysii pop.	*Sustinet Odrysios Thrace lapidosa Triones.*	Mar. 7
Odyssea	*Castam Penelopen, Ithacumq́, erroribus actum*	Ovid, 2. Trist
	Cantat Odyssea doctè, Smyrnaus Homerus	

O E

Oeagrus	*Nonnulli Oeagro dixerunt Orphea natum,*	Ver, 4, Geor
Oeagrius flu. Thra.	*Hinc caput exagitat, lymphis, Oeagrius Hebrus.*	Ver 4 Geor
Oebalia.	*Telluris Graiæ, Oebaliam coluere Lacones.*	sta. 1. Achil.
Oebalia	*Non illa, imbelli regio vicina Tarento est.*	ver. 1. geor
Oebalidæ	*Oebalidæ gemini Castor Polluxq́, feruntur.*	Ovid. 5 fast
Oebalus	*Oebale, te genera sse Telon Sebethide nympha*	Ex vergil
	Fertur, Teleboûm Caprias dùm regna teneret.	AEneid. 7.
Occhalia.	*Bœotum Oechaliam subvertit funditùs urbem*	verg 8, æn

Alcides,

Alcides, at te rex Euryte, iurè trucidat.

Oedipodes qui & Oedipus dicitur — *Oedipodes Laio, Thebarum principe cretus,* sta 1 Theb
Occiſo genitore, Iocaſtæ fœdere matri Sene. in Hercule furent in Theb.
Connubij imprudens hæret: ſe privat utriſq́; ovid in Ib, Luc. 8.
Luminibus: ſceleriſq́; memor, petit exul Athenas.

Oencus — *Qui Calydona Oeneus regit, eſt Parthaone creatus:* sta, 1 Theb,
Agros cui curat vaſtandos, ſpreta Diana.

Oenomaus — *Elidis Oenomaüs rex, eſt Mavorte creatus,*
Cui impoſuiſſe Pelops, currus certamine fertur.

Oenone — *Oenone Paridi, venturi præſcia, nupſit.* Ovi. in Epiſt

Oenotria. — *Oenotria Italiæ regio, contermina ponto* Luc 9

Oenotrij — *Trinacrio: Oenotrij tractum tenuere vetuſti.* ver 1, æn

Oeta — *Alcidæ lætho celeber Mons Theſſalus Oeta.* Luc 3

Oetus — *Fertur Aloïdes, Ephialtis frater &, Oetus.* ver, 6 æn,

O G

Ogyges. — *Imperat Ogyges Graïjs, quas condidit ipſe* ver in Ema,
Thebis, dum terras lymphis Neptunus inundat.

Ogygia. — *Hinc dicta Ogygia eſt, refluo circundata ponto* Ovid, 4, de pont
Inſula, in hac Ithacum fertur foviſſe Calypſo.

O I

Oidus — *Centaurus ſatus eſt de nube, biformis Oïdus.* Oui, 12, met

Oiclus græcus — *Oïclo eſt genitus vates patre Amphiaraüs.* sta Theb 1

Oileus. — *Aiacis pater eſt, Locrorum rector, Oïleus.* verg, 1, æn,

O L

Olenus — *Olenus Arcadiæ, caprino ubi lacte cibatur* Sen. in Tro

Olenia capella — *Iupiter: Oleniæ hinc ſignum pluviale capellæ.* Ovid, 5. faſ,

Olenus — *Olenus in ſaxum verſis, Lethæaq́; coniunx.* ovid 10 met

Oleäros — *Ægæo Olearos præcingitur inſula ponto.* verg. 3 æn

Olympia. — *Elidis urbs, priſcis celebratur Olympia, Graïjs:* Hor 1 Epiſt.

Olympiaci ludi ab Hercule inſtituti 5 quoque anno, — *Hic etenim Alciden ſummo ſtatuiſſe Tonanti* Hor. 1. Car
Conſtat Olympiacos, acri certamine, ludos. verg. 3, æn

Hinc

Hinc & Olympiacæ referebant præmia palmæ. ver.3.geor

Olympus. *Thessalus astra petit mons, alto vertice, Olympus.* Ovid.1.met

Olympus. *Vatibus, hinc cœlum convexum fertur Olympus.* Hor, 3 Car

Olynthus. *Vrbs Thraces oris Macedûm contermina, Olynthus:*
Addidit hanc Macedûm ditioni, Marte, Philippus. Iu. Sat, 12.

O M

Omius *Bœotum fines Omius proluit amnis.* sta,7 Theb,

Omphale. *Imperat Omphale Lydis regina: tremendus* prop.3
Hanc dominam Alcides coluisse putatur, amore.

O N

Oncheſtus urbs *Oncheſtum extruxit Graiam Neptunia proles.* sta.7 Theb

Onytes. *Hæserat Æneæ, quem Turnus stravit, Onytes.* Verg.12.æn

O P

Opheltes. *Rex Nomeæ fertur genuisse Lycurgus Opheltem:* sta 5 Theb
Dictus & Archemorus, serpentis sternitur ictu.

Ophion. *Oceani proles Cadmiq; sodalis Ophion.* Claud, de Rap.

Ophiusa *Quæ Rhodos interiùs, rectè hîc, Ophiusa feretur.* Ovi,10.met

Ophiusa. *Mons Scythiæ gelidis polles, Ophiusa, venenis.* Flac 1

Opis *Opis ad astra volat, consors aliquando Dianæ.* ver.in æn

Opitergium urbs Venetum. *Sunt Opitergini Carnorum ex urbe profecti.* Luc,4.

Ops *Et soror & coniunx Ops est Saturnia, Cœli* ovid 2 Trist
Ex Vesta proles: genitrix quæ magna deorum.

Opus. *Quam Locri coluere, urbem dicemus Opunta.* ovid 1 de ponto.

O R

Orbilius *Te Orbilius docuit sævus præceptor, Horati.* Hor.in Epist

Orchades *Orchadas Arctoüs regiones circuit undis* Iu sat.5.
Triginta Oceanus, Scotorum sceptra colentes.

Orchamus *Orchamus Assyriæ princeps, qui Solestupratam* Ovid.in 1b.
Leucothoën necuit, manet hinc quæ turea virga. ovid. 4. met

Orchomenus. *Arcadiæ Orchomenus fuit urbs, & Thessalus amnis.* Ovid,5.met

Orcus *Tartareus Deus Orcus erat, fluviusq; putatus.* Verg.12.æn

Montes

Oreades montium Nymphæ.	*Montes protexisse feruntur Oreades altos.*	verg. 1. æn.
Oreſtes	*Matre Clytemneſtra, ſatus eſt Agamemnone, Oreſtes.*	ovid 4, Triſt
	Mutua amicitia, Pyladi conſtanter adhæret:	sta Theb. 3
	Ægiſthum, matremq; necat, pro cæde paterna:	Sil ovid 3 De ponto
	Occidit Pyrrhum: furijs agitatur amaris.	verg 4 æn verg 3 æn
Oretæ, qui & Oreſtæ dicuntur,	*India alit populum, quà Ganges errat, Oretas.*	Luc 3
Orgia	*Orgia concelebrant veteres Trieterica Baccho.*	Ver. 4. æn.
Oricos	*Oricos Epiri urbs Macedûm contermina regnis.*	Luc, 3
Orion	*Eſt Iove, Mercurio, & Neptuno cretus Orion:*	Luc. 1,
	Scorpio quem perimit, caſta id curante Diana: hunc	ver. 10 æn
	Nimboſum in ſidus transfert miſeratio divûm.	ver. 4. æn
Orithya Erichthei filia	*Orithya ſata eſt, qui, principe, rexit Athenas,*	ouid, 6 met
	Quam deamans Boreas Thracum raptavit ad oras.	
Orneus Orodes.	*Ornëus Centaurus erat: ſed Thuſcus Orodes.*	Ovi. 12. met
Orontes	*Phœnicum fluvius, Libano decurrit, Orontes.*	verg. 10 æn ovid. 2 me
Orontes	*Naufragio periit Lyciorum ductor Orontes.*	ver. 6. æn
Orpheus.	*Ex te Calliope, gignit doctum Orphea Phœbus*	verg. Buc.
	Thracem gente, lyram cui dat Cyllenia proles:	Ver. de culice
	Flumina, ſaxa, feras movit dulcedine cantus:	ovid. 3 amor
	Vxorem Eurydicen revocatum adit infera regna.	Ver. 4 Geor
Orphneus. Orſilochus, & cæteri Plutonis equi	*Orphnæus Plutonis equus, Phryx Orſilochuſq;:*	Claud, 1 de rap
	Hi ſimul ac Nyctæus, Æthonq;, & curſor Alaſtor,	
	Cum domino raptum Divam venere triformem.	Ver. 1. Geor
Orſes	*Thuſce Rapo ſternis prædurum viribus Orſen.*	verg. 10 æn
Ortygia	*Ortygia Ægæi maris inſula maxima fertur.*	Vergil. 3. æn
Ortygia	*Nominis eiuſdem, Siculo iacet inſula ponto.*	Sil. 14.

O S

Oſci.	*Suſtinet Oſcorum fœdam Campania gentem.*	Sil. 8.
Oſiris.	*Iuppiter ex Niobe genuiſſe putatur Oſirim:*	Tib. 1. Eleg
	Quem tauri ſpecie Pharij coluiſſe feruntur.	Iu sat. 6
Oſſa	*Centauros aluit mons Theſſalus Oſſa biformes.*	ovid. 1 met,

Ostia. *Ostia erat Latij urbs Tyberinis proxima lymphis.* Ovid, 4 fast.

Ostrogothi. *Ostrogothi Scythiam populi coluere nivalem* Cla. Eutro 2

O T

Othrys. *Mons Othrys Macedûm sylvosa proximus Oetæ.* Sta. Theb, 2

Otus. *Prælia dijs infert Otus Neptunia proles.* Ver. de eulice

Ovidius. *Naso Ovidi vates Peligna gloria gentis:* ovi, 3 Eleg
Sponte sua numeros carmen tibi fluxit ad aptos: ovid 4 Tris Martial.
Exul abis Geticas, irato Cæsare, ad oras. ovid 4. Tris,

Q. Ovidius. *Quinte Caledonios Ovidi visure Britannos:* Martial. 10
Pompilij colles Nomentanumq; relinquis.

P A

Pachynus. *Monte licet Siculum pontum signare Pachyno.* ver 3, æn,

Pacorus. *Principe Parthorum Pacorus generatur Orode.* Hor. Car. 3

Pactolus. *Lydorum humectans Pactolus gurgite campos:* Luc, 3
Monte fluit Tmolo, & rutilas convolvit arenas. Hor in Epod

Pacuvius. *Musa est Pacuvij tragicis innixa cothurnis.* Martial. 11

Padæus. *Vasta Borysthenidum fluvius rigat arva Padæus.* Tib. 4

Padua. *Exornant Venetûm Paduæ vrbis mœnia gentem,* Cat, de Cin.

Patavum vel Patavium. *Quæ Patavum fertur: qua Livi natus in urbe es.* vergil 1 æn

Padus. *Qui suprà Eridanus, Padus hîc vocitabitur, amnis:* Hor in epist
Adriacum æquor adit, Vesuli de cautibus ortus.

Paduſa. *Inde cavans terras petit, amne, Paduſa Ravennam.* Claud.

Pæan. *In Phœbi laudem veteres Pæana canebant.* verg, 6. æn.

Peneus *Proluit Æmoniæ Peneus, gurgite, campos.* Luc, 6

Pæones. Pæonia. *Pæones Illyrij tractum coluisse putantur.* Ouid 2 pon.

Pæstum. *Pæstum urbem Ausoniæ cœli clementia ditat.* sil 8

Pagasa. *Vrbs Pagasa Æmoniæ, Pagasæa ubi condita puppis.* ovid 7 met

Palæmon *Patre Athamante Ino peperisse Palæmona fertur,* ver 5 æn
Quo prehenso, genitrix furias vitare mariti
Dum studet, æquoreas cum nato saltat in undas. Ovid. 4. met

Palæstini. *Regna Palæstinis Solymorum Arabumq; cohærent.* Ovid, 2, fas,

Principis

Palamedes. *Principis Eubœæ Palamedes natus, Vlyſſei* ouid, 13 met
Bella recuſantis retegit ſictum, arte, furorem:
Obruitur ſaxis, Ithacus quam ſuggerit, arte. ver, 2, æn

Pallãteũ. *Vrbs Pallanteum proſtas in monte Quirini.* verg. 8. æn.

Palatinus Apollo *Iamq; Palatinus de monte vocatur Apollo.* Hor, in Epiſt

Pales. *Paſtores, te, magna Pales, ut numen adorant:* ver, 3 Geor

Palilia. *Cui veteres ſolvêre Palilia feſta quotannis.* prop 4

Palici. *Nympha Thalia Iovi geminos peperiſſe Palicos* ovid. 5 met
Fertur, ſub terris latitans, Iunonis ob iram.

Palicus. *Vnda lacus Siculi ſuevit fœtere Palici.* Ovid. 2. pon

Palinurus *Rexerat Æneæ Palinurus navita puppim,* Verg. 5. æn.
Vnde cadit, ſomno lethali oppreſſus, in undas. ovid. 5 Triſt

Palinurus Lucaniæ promontor. *Hinc mons æquoreus Palinuri nomen habebit.* Verg 6. æn

Palladiũ. *Palladium fertur prudentis imago Minervæ.* Vergil. 2, æn

Pallas. *Nata Iovis Pallas, ſuprà eſt quæ dicta Minerva.* Verg, 1. æn.

Pallas. *Evandri natus Pallas Turni occidit armis.* verg 10 æn

Palmus Hetruſcus. *Sternis Mezenti Latagum Palmumq; fugacem.* verg. 10 æn

Pamphylia. *Eſt Aſiæ regio Pamphylia vaſta minoris:* Iuc, 8
Quæ Cilicum terris hæret, quà ſe exerit undis
Phœbus, ſed Lyciam ſpectat, quà veſpere tendit:
Proxima quæ Galatis, Boreas qua flatibus urget,
Pamphylioq; mari hinc dicto finitur ad Auſtrum.

Pan. *Pana deum pecoris veteres coluiſſe feruntur.* ovid faſt 2

Panchaïa *Magna Arabum regio Panchaïa pinguis arenis.* Verg. 2 geo.

Pandarus *Pandarus & Bitias Troiano Alcanore nati,* Ex ver, 9. æn
Occiſi à Rutulis Æneæ ut iura tuentur. ovid 6 met

Pandion. *Natus Erichthei Pandion, rexit Athenas.*

Pandora. *Vulcani fabricata manu Pandora, deorum*
Munere divinas ea dotes cælitùs hauſit:
Hanc pater omnipotens, infenſus iure Prometheo,
Pyxida funeſtam mundo perferre coëgit:

Qua, genus omne mali mortalibus exit, aperta.

Pãdrosus. *Pandrosos Aglauri soror est, sata Cecrope magno* ovid 2 met

Pangæus. *Mons Thracum fines Macedũm Pangæus inumbrat.* Luc, 1

Pannonia *Europæ regio Germanis amne dirempta* Ovid. 2 trist.
Pannonia est Istro, gelidam quà tendit in Arcton: stat 5
Noricum ab occasu, cui Mœsia limes ab ortu:
At cœli medios quà Phœbus scandit in orbes,
Istria & Illyricum regionis terminat oras.

Panomphæus Iup. *Sacra Panomphæo veteres posuere Tonanti.* ovid 7 met

Panopêa. *Doridis ac Nereï proles Panopêa putatur.* ver 5 æn

Panope *Perveterem Panopen Bœotia continet urbem.* stat Theb 7

Panormus *Ad Siculum littus viget urbs fœcunda Panormus:* Sil, 14.
Seu sylvis sectare feras, seu retibus æquor
Vertere, seu cœlo libeat traxisse volucrem.

Pãtagias. *Pantagias rapidus Siculas rigat amnis arenas.* verg 3 æn

Paphlagones *Paphlagones Asiæ tractum coluere minoris.*

Panthus *Panthus est Hecubæ germani filius Otrei:* ver, 2 æn

Panthoides. *Panthoïdes Euphorbus erat quo patre creatus.* Ovi. 15. met

Paphus. *Pygmalione Paphus satus est, sed Eburnea mater.* Verg 10 æn
Huns parit, assumpta vitali cœlitùs aura.

Paphos *Ille Paphum, in Cypro de nomine, condidit urbem.* ver 10 æn

Parcæ *Dispensant Parcæ mortalia fata severæ:*
Clotho prima fuit, Lachesis subit, Atropos inde: ver, 1, æn
Quas Erebo perhibent genitas & nocte sorores. Clau bello. Gild. Sil. 3

Paretonium *Vrbe Paretonio Pharij portuq; fruuntur.*

Paris. *Ex Hecuba Priamus Paridem suscepit, atrocis* ovi, in Epist
Qui belli Iliaci, Menelaï coniuge rapta verg 2 æn
Exhibuit causas: clam fortem occidit Achillem: ovid, 12. met
At Pyrrho patris ob cædem prosternitur ipse.

Parnassus *Phocidis it gemino Parnassus ad æthera colle,* Luc, 5.
Mons Phœbo Musisq; sacer Bromioq; bimatri. Ovid 1. met.

Septa

Paros. *Septa mari Ægæo Paros insula, marmore dives,* verg 3 æn

Parrhasia. *Parrhasia Arcadiæ urbs: regio sic fertur & ipsa.* Luc 3

Parrhasis. *Parrhasis hæc eadem quam cerno Lycaonis Arctos.* Luc. 2

Parrhasius. *Parrhasius certat cum Zeuxide pictor in arte.* Hor 4, Car

Parthenius. *Parthenius strepitu Euxinum fluit amnis in æquor.* Ovid, 4, de pont

Parthenopæus. *Parthenopæe armis prosternere Martia proles.* Verg. 6 æn.

Parthenope *Siren Parthenope Campanæ, quæ urbis origo,* Ver 4 Geor

Parthia. *Marte feros Asiæ regio produxit Eoa* verg 4. geor

Parthi. *Parthos quondam atros Romani nominis hostes:* Luc. 2.

Te simul, atq; tuos bello qui Crasse trucidant: Luc, 1

Et fluidum infundunt aurum morientis in ora.

Pasiphaë. *Solis Pasiphaë proles, Minoïa coniunx:* Verg 6. æn

Quæ Minotaurum tauro peperisse putatur. ovi, in Epist

Pasithee quæ & Aglaia dicitur. *Pasithee Iove nata, piarum prima sororum.* sta, syl

In Lycia Patareæ prompsisti oracula Phœbe. sta, 1 Theb,

Patara. *Ausoniæ Antenor Patavûm Phryx condidit urbem.* Verg. 1. æn.

Patavium

Pathmos. *Ægæo Pathmos circundatur insula ponto.*

Patræ. *Vrbe olim veteri gaudebat Achaïa Patris.* Sil. 15.

Patroclus *Marte Menœtiades Patroclus ab Hectore cæsus:* Ovi. in Epist

Vindicat id facinus ferro cristatus Achilles.

Patultius. *Iane bifrons princeps, vocitare Patultius idem.* Ouid. 1 fast.

P E

Pedo. *Astrorum motus vates Pedo carmine scripsit.* ovi. 4 pont.

Pegasus. *Pegasus alatus pandit sacrum ungue caballus* Ovi, 5, met.

Fontem Hippocrenen Musis, Neptunia proles: per. stat 2

Pegasides *Musæ hinc Pegasides sacro de fonte vocantur.* Ovi in. Epist

Pegasus portus Thessal. *Pegasus Emathijs statio pergrata carinis.* Luc, 6

Pelasgi. *Ad Macedûm fines Graij mansere Pelasgi.* ver, 2 æn

Pelethronii. *Prima Pelethronij Lapithæ dant frena caballis.* ovid fast 2 ver, 3 Geor

Peleus. *Pelea progenuit Ægina atq; Æacus: ille* Sta. sil 2

Pelides. *Peliden genuit, præcelsi cordis Achillem.* Vergil. 2, æn,

Pelias. *Theſſala ſceptra tulit Pelias Neptunia proles,* ovid 7 met
Quem natæ occidunt, Medeæ Colchidis arte:
Ille quòd inſidias in Iaſona ſtruxerat antè.

Peligni. *Peligni Auſoniæ populi Naſone celebres.* ovid. 3 amor

Pella. *Vrbs Macedûm vetus eſt, Ægæo in littore, Pella: hinc* Luc. 10.

Pellæus. *Fertur Alexander Pellæus, & ipſe Philippus.* Luc 3

Pelion. *Pelion Æmoniæ mons eſt obverſus in auſtros:* Iu Sat. 10
Ver. 1. Geor
Summa virent pinu, ſylveſtri cætera quercu. Ovid, 5, faſ,

Pelopea. *Ægiſthum Pelopea parit tibi nata Thyeſtes.* proper 3

Pelops. *Tantalides numero (mirum eſt) inſignis eburno,* Ver 3, Geor
Impietate Pelops patria: cui diva comedit ovi. 6. met
Nativum conviva Ceres: redivivus at inde
Vxore Hippodame potitur, regnóq; paterno.

Peloponneſus. *Hinc Peloponneſus bimari quà cladditur Iſthmo,* Luc, 1
Finibus accedit Graÿs: ubi terra recedit,
Ionÿ Ægaiq; maris circundatur undis. Ovid. 6. met

Pelorus. *Trinacriæ ponti montem rigat unda Pelorum.* verg. 3 æn

Peluſium. *Stat Peluſiaca urbs Ægypti grandis ad oras:* ver. 1. geor

Penates *Quos tenuere domi priſci coluere Penates.* Verg. 1. æn.

Penelope. *Penelope Icarÿ proles, caſta uxor Vlyſſis.* ovid. Epiſt

Peneus. *Theſſaliæ campos Peneus proluit amnis:* Ovid. 1. met

Peneia. *Quo ſata virgo fuit Daphne Peneïa dicta.* ovid 1 met

Pentheſilea. *Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis* ver, 1 æn.
Pentheſilea furens, regina virilibus armis.

Pentheus. *Penthea, qui ſprevit Bacchi Orgia, gignit Echion:* Luc, 3
Quem rata mater aprum furioſa trucidat Agave. Ovid, 3 met

Percote. *Percoten vates agnoſcunt Troadis urbem.* Flac

Perdix. *Dædalus ingenio pollentem ex arce nepotem* Ovid. 8. met
Perdicem dat præcipitem: miſerata Minerva hunc
Tranſtulit in volucrem: quæ dehinc ſublimia vitans
Propter humum volitat, ponitq; in ſepibus ova. ovid. met. 8.

Celſa

Pergama. *Celsa senis Priami viguerunt Pergama regis,* verg. 1. 1 æn
Arces Troianæ: at bello petiere ruinam. ovid in epist

Periclymenus. *Ille Periclymeni mos est, cui posse figuras* Ovi. 12. met
Sumere quas vellet, rursusq; reponere sumptas
Neptunus dederat, Neleï sanguinis author:
Vertitur in volucrem dum sternitur Herculis armis.

Perillus. *Vreret ut sontes taurum facit ære Perillus:* Ovid. 1. de arte,
Artificem Phalaris tormenta probare coëgit. ovid in Ib

Perinthus *Ornavit Thracen urbs quondam clara Perinthus.*

Permessis *Aonia fluvium Permeßida servat Apollo.* Mar, 1.

Pero. *Progenuit Pero nympham de Chloride Neleus.*

Perrhœbi *Perrhœbi Æmoniæ populi, quos Marte fugarunt* prop 3

Perrhoebia. *Hinc Lapithæ, loca deinde tenent contermina Pindo.* ovid 3 met

Persephone *Persephone Iove nata: eadem Proserpina fertur.* Ouid. 4 fast

Perses. *Rex Macedûm Perses, tua victor, fata dolebat* Luc. 3
Æmylius, Romæ finis in carcere vitam.

Perses. *Alter Sole fuit Persaq; parentibus ortus.*

Perseus. *Iuppiter ex Danaë suscepit Perseа, fulvi* ovid, 14. met
Imbris sub specie, clausas ingressus in ædes:
Sternit avum Acrisium imprudēs qui rexerat Argos:

Persæ. *Persarum hinc dives regio contermina Medis* Ovid, 1. met & Luc, 10

Persis Asiæ regio. *Qua spirat Boreas: australes terminat oras* Luc. 10
Oceanus: Susis quà se Sol vespere condit Iu sat, 14.
Proxima: Carmanis tractu quà surgit Eoo. Luc. 3.

Persius. *Persius obscuro satyras dat carmine vates.* Martial.

Perusia. *Vrbs Hetrusca olim viguisse Perusia fertur:* Mar
Quam malesuada fames longa obsidione premebat. Luc, 1

Petilia. *Ausoniæ urbs quondam subnixa Petilia muro* verg 3 æn

Peteon. *Bœotûm veterem Peteona agnoscimus urbem.* stat Theb 7

Petrea. *Telluris Siculæ Petrea urbs proxima ponto.* Sil. 14

Petreius. *Petreius Pompeio hærens à Cæsare victus.* Luc 4

Peuce. *Insula parva iacet, Peuce cui nomen, ad Istrum.* Plac. 8

P H

Phæaces. *Phæaces Corcyra vetus tulit insula, rege* Hor. in Epist
Alcinoo celebrẽs, claris qui notus ab hortis. Sil. 15

Phædra. *Theseo Phædra fuit coniunx, Minoïa proles:* ovid in epist
Privigni Hippolyti, fædo quæ exarsit amore.

Phæstus. *Vrbs est Gnossiaco Phæstus, quæ proxima regno.* Ovid. 6, met

Phaëthon *Sole satus Phaëthon Clymeneq; auriga paterni* verg. 10 æn
Currus, inde solum æthereusq; accenditur orbis: Ovid, 2, Met
Quem capit Eridanus, cælo Iovis ignibus ictum.

Phaëtontiadæ. *Cui Phaëtontiadas miseras agnosco sorores* Verg. in Buc
Quæ fratris dum fata dolent, vertuntur in alnos. ver 10 æn

Phaethusa. *Quarum maxima erat natu Phaëthusa sororum.* ovid. met. 2,

Phalanthus. *Dux Lacedæmoniũm fœlix Mavorte Phalanthus.* Hor. 1 Car
Græcia magna tibi, construxit molle Tarentum.

Phalaris. *Conflatus Phalarĩm bos concremat ære tyrannum,* ovid, de art
Vsus quo ipse alios fabricatoremq; Perillum. Claud de bello Gild, Verg. 2 geo.

Phanæus. *Æquore in Ægæo mons fert bona vina Phanæus.*

Phaon. *Lesboum iuvenem Sappho arsit docta Phaonem.* ovid. Epist

Pharnax. *Sceptrifero Ponti Pharnax Mithridate creatus:* Luc. 8
(Vltroneam ad mortem patrem obsidione coëgit)
Pompeïo hærentem Cæsar quem protrit armis.

Pharos. *Ægypti alta Pharos restui contra ostia Nili* Luc. 10.
Insula, pyramidem hic Ptolemæus tollit in astra.

Pharsalia. *Finibus in Macedũm regio Pharsalia diros* Luc. 1
Civilis belli fœdavit sanguine campos: Luc. 7,
Romanas acies ubi bis videre Philippi. verg. 1, geor

Pharsalos *Vrbs Pharsalos ibi rapidus quà transit Enipeus.* Luc 6

Phasis. *Colchicus Euxinum Phasis fluit amnis in æquor.* Luc, 3

Phasias. *Phasias à fluvio Medea venefica fertur.* ovi 2, de Art

Phegeus. *Phegeus Argivus fluvius pater Alphesibææ.* ovid, 9 met

Delphica

Phemonoe. *Delphica Phemonoë Phœbi tu prima ſacerdos.* Stat. 2. Sil

Pheneus. *Eſt lacus Arcadiæ, Pheneum dixere priores,* ouid, 15 met
Ambiguis ſuſpectus aquis, quas nocte timeto:
Nocte nocent potæ, ſine noxa luce bibuntur.

Pheræ. *Vrbe Pheris quondam gaudebat Theſſalis ora.* ovid, Epiſt

Phidias. *Clarior haud Phidia viguit ſtatuarius unquam.* Auſ. in Epig.

Philæ. *Regna Arabum à Phariȳs ſecernes urbe Philarum.* Luc. 10

Philammon. *Naſcitur è Phœbo Chione pariente gemellos,* Ovi. 11. met
Carmine vocali clarus cytharaq́ Philammon.

Philemon *Cum Iove Mercurium notus pietate Philemon* Ovid. 8. met
Accipit hoſpitio, cui coniunx optima Baucis:
Pro pietate quibus Dij conceſſere cupita.

Philippus. *Regis Alexandri Macedo pater ille Philippus.* Luc, 8
Marte ferox, prudenſq́ fuit, patre natus Amynta: hũc Claud.
Pauſanias perimit, iuris ratione negati.

Philippi. *Æmoniæ hinc urbem veteres dixere Philippos:* Luc, 1
Hic bis Romano maduerunt ſanguine campi. Ver. 1. Geor

Philippi *Rex ille excudit, regale numiſma, Philippos.* Hor, ſat 2

Philoctetes. *Eſt Pæante Philoctetes prognatus: ut ille* Ovid, 3 met
Funeris Herculeï ſolus ſit conſcius, idem
Id reſerat, ſentit violati hinc numinis iras: Prop.
At cum fumaſſet bello Neptunia Troia, hunc
Authorem agnoſcit ſubnixa Petilia muro. ver. 3. æn.

Philomela vide Tereus *Te Philomela premit Tereus Pandione creta:* ovi. 6. met
Hinc tua fata dolens, in avem converſa putaris. Martial. 14

Phillyrides *Phillyrides natus Saturni: à matre ita dictus:* Ovid. 2, de arte.

Philyra. *Oceano nata namq́ eſt Philyra ipſa vocata.* Ovid, 5, faſt.

Phi'yres, *Hinc Philyres populi, ad Pontum manſiſſe feruntur.* Flac

Phinëus *Arcadiæ Phinëus princeps, uxore iubente* Ovid, 5. met
Excæcat natos: hinc excæcatur & ipſe:
Quem, poſtquam fædo vexaſſent ore rapaces verg. 3 æn

Harpyia,

Harpyiæ, Alcides ſcelerum ultor, iure trucidat.

Phlegeton *Tartareus Phlegeton rapidis calet ignibus amnis.* Verg 6. æn

Phlegon. *Solis equi, Pyroïſq́ Phlegonq́ & Eoüs & Æthon.* Ovid, 2, Met

Phlegre. *Vrbs Macedûm quondam Pallenæ proxima Phlegre.* sta 10

Phlegræi campi. *Phlegræi hic olim maduerunt ſanguine campi:*
In ſuperos dum bella movent feritate Gigantes.

Phlegræus *Phlegræus Centaurus erat de nube creatus.* Ovi. 11. met

Phlegyas. *Marte ſatus Phlegyas, Lapitharum ſceptra ferebat,* AEneid. 6.
Quem Phœbus cæſum detruſit ad infera regna:

Phlegyæ Theſſaliæ populi. *Hinc Phlegyæ immanes Macedûm regionis alumni:*
Quos, cùm ſpreviſſent divos, meritò obruit unda.

Phocæa. *Phocæa urbe olim gaudebat Ionia dives.* Hor

Phocis. *Separat Aonios Actæis Phocis ab oris* Ovi, 1, met.
Graiorum regio: hic celebrant oracula Delphos. sta Theb 7
Phocidæ Maſſiliam condunt regione profecti. Luc. 5.

Phœbas. *Rapta furore ſacro tibi Phœbas Apollo miniſtrat.* Ovid. 2. Triſ

Phœbe. *Dicitur hic Phœbe, ſuprà quæ eſt dicta Diana* verg. 1, geor

Phœbus. *Phœbe Iovis proles Latona matre, Dianam* ver. 3, æn,
Vno quæ tecum partu produxit in orbem:
Luce micat Phœbus, noctu micat aurea Phœbe ver 1 geor.

Phœnices *Phœnices Syriæ populos Phœnicia præbet:* ver. 4, æn

Phœnicia *Primos quos perhibent vocem ſignaſſe figuris:* luc 3

Phœnix *Filius his dederat Neptuni nomina Phœnix.* sil 4
Vrbibus hæc regio Sidone Tyroq́ celebris. Vergil. 1, æn

Phœnix. *Alter Amyntorides fertur ſtupraſſe novercam.* ovid in Ib,

Phœnix. *Theſſaliæ teneras Phœnix rigat amnis arenas.* Luc, 6

Pholoë. *Arcadiæ Pholoë mons, ſylvis aſper abundat.* luc. 7,

Pholus. *Nube Pholum Lapithæ cretum necuere feroces.* Verg. 2 geo.

Phorbas. *Priamidem Phorbanta necat Menelaüs anhelum,* ver. 5, æn,
Et rude donatum, hærentemq́ matre parenti.

Phorcus. *Sardiniam rexit Phorcus Neptunia proles:* Verg. 5, æn,

Quo

Phorcynis. *Quo ſata Phorcynis, prius eſt quæ dicta Meduſa.* ovid. 5 met

Phoroneus. *Inacho, ex Argivûm princeps, genera ta Phoroneus:* Stat, 3, Sil

Phoronis. *Cui ſoror eſt Io, quæ dicta à fratre Phoronis.* ovid. 1 met

Photinus. *Cæſaris in cædem Pharius parit arma Photinus* Luc 10
Fruſtrà, cui Cæſar curavit colla ſecanda. Mart.

Phoſphorus qui & Lucifer dictus. *Phoſphoron æthereo peperiſti aurora Tonanti:* Mart. 8,
Ille præit Phœbum, Veneris clariſſima ſtella.

Phrygia. *Ferto Aſiæ tractũ Phrygiam (Phryges inde) minoris:* Verg. 1 æn.
Claſſem hic AEneas poſt diruta Pergama ſtruxit: Ovi. ver. 9 æn
Phryges. *Vatibus inde Phryges Troiani ſæpe feruntur.* Verg. 1 æn

Phryxus. *Phryxum Athamas genuit Thebarũ ſceptriſer, Helle* Flac.
Submerſa hic fulvo petijt cum vellere Colchos. Ovi. 7 met

Phthia. *Phthia urbs Theſſaliæ charus quà prodit Achilles:* ver 11 æn

Phylace. *Vrbs inibi Phylace, rexit quam Proteſilaüs* Ovi. 3 de

Phylacides, Phylaceia, Phyllis. *Phylacides dictus, Phylaceïa Laodomia.* ovi. 3
Demophoonta ardet Phyllis, ſata rege Lycurgo: Ovi. in
Quem diu abeſſe dolens laqueum ſibi comparat ipſa.

Phraortes. *Regia Parthorum geſtavit ſceptra Phraortes.* Hor. 2 Car ode, 2

Phyllos. *Theſſaliæ urbs quondam pecoris ditiſſima Phyllos.* stat, 4 Theb

P I

Picenum. *Adriacas regio Picenum vergit in undas* Sil.

Piceni. *Iuxta Appenninum Piceni ubi rura colebant.* sil 8

Picti. *Scotia quondam aluit, non falſo nomine, Pictos.* Claudian.

Picus. *Picus in Auſonijs, proles Saturnia, terris* ouid, 14 met
Rex fuit, utilium bello ſtudioſus equorum: hunc
Fecit avem Circe, ſparſitq; coloribus alas. ver. 7 æn.

Pierus. *Quas gignunt natas Pellais dives in oris* Ovid, 5, met
Pierus Evippeq; novem vicere canendo

Pierides a muſis ſuperatæ, hinc & ipſæ Pierides dicuntur. *Muſæ, hinc Pieridum victrices nomina ſumunt:*
Augent & volucrum victa certamine turbam, Ovid.

Quæ

Quæ varias picæ modulantur gutture voces.

Pieria.	*Pieria hinc regio Macedûm quæ finibus hæret.*	Ovid. 2. Pon
Pilumnus.	*Pilumnum fertur Dauni genuisse parentem*	verg 10 æn
	Iuppiter: hinc olim parebat Apulia regi.	
Pimpla. Pimplæum antrum.	*Mõs Pimpla AEmathiæ: hinc Pimplæũ dicimus antrũ:*	Mar. 12,
	Hic doctæ hauserunt sacro de fonte sorores.	Sta. Sil. 1
Pinarius Herculis sacerdos	*Alcidæ coluit sacras Pinarius aras.*	verg 8 æn
Pindarus.	*Demulcet Graias numerosus Pindarus aures*	Hor Epist
	Thebanus, lyrico pulsat qui sydera versu.	Hor. 4. Car
Pindus.	*AEmoniæ Pindus fluvius, mons, urbsq; feretur:*	verg. Buc.,
	Hic Lapithæ quondam sedem posuere feroces.	Luc, 6
Pinna.	*Vestinorum urbem Pinnam fert Romula tellus.*	sil 8
Piræus.	*Cecropidum statio Piræus fida carinis.*	sta 12. Theb
Pirene.	*Fons Peloponnesi Pirene dulcibus undis*	Sta. Sil, 1
	Vsq; scatet, Musis prisci dixere sacratum.	
Pirithous.	*Pirithous rexit Lapithas Ixione cretus:*	verg, 6. æn,
	Cuius amicitiam Theseus coluisse putatur:	ovid. 6 met
	Hunc ad tartareas occidit Cerberus umbras.	
Pisa.	*Elidis urbs Pisa: hic celebrantur Olympia ludi.*	Sil 15
Pisæ.	*Qua Pisas condunt Hetruscas urbe profecti.*	Verg. 10. æn
Pisaurus.	*Vmbria pura tuos fines rigat unda Pisauri.*	Catul. ad Iuven.
Pisenor.	*Pisenor Centaurus erat de nube creatus.*	
Pisidæ.	*Fert regio Pisidas populos Asiana feroces.*	Claud. 2. in Eutro.
Pisistratus.	*Eloquio clarus Pisistratus orat Athenis.*	
Pisones.	*Pisones dicti sererant quod Pisa Quirites.*	Hor. de art.
Pitane.	*AEolidis Pitane urbs, fluvio vicina Caïco.*	ovid 7 met
Pithecusæ insula.	*Amne Pithecusas Campanum littus inundat.*	ovid, 14. met
Pitheus.	*In Peloponneso Pitheus Træzenius heros.*	ovid, Epist

P L

Placentia	*Vrbs Ligurum quondam quassata Placentia bello.*	sil 8
Plataæ.	*Bœoti ad Thebas urbem coluere Plataas.*	sta Theb 7

Cecropius

Plato *Cecropius ſophiæ Plato cretus Ariſtone, vindex* Hor. Epiſt.
Sectæ Academiacæ: hic pia dogmata Socratis hauſit. Luc 8

Pleiades *Pleiades Atlantis ſunt natæ, in ſydera verſæ:* verg 1, Geor

Pleiadum nomina *Electra, Alcyone, Maia, Aſterope atq; Celæno,* Luc, 2
Taygete, Merope: ſeptem licet uſq; ferantur, ovid faſt 4
Sex lucere polo duntaxat nocte videmus:

Pleione *Quas ex Pleione ſuſcepit cælifer Atlas:* Ovid, 5, faſ,

Pleiadum mater *Quam parit Oceano Tethys quæ temperat undas.*

Plemmyrium *Plemmyrium Siculæ telluris proluit oras.* ver. 3, æn,

Plexippus *Plexippi genitor Parthaone Theſtius ortus.* Ovid, 8 met

Plinius *Naturæ hiſtoriam Plini tua ſcripta recludunt.* Auſ in Epig.

Pleuron *Ætolûm urbs quondam viguit Meleagria Pleuron.* sta, 4 Theb,

Pluto *Tartara Pluto regit dives Saturnia proles:* Claud de rap
Per quem præripitur Cereri Proſerpina coniunx. ver. 1, Geor,

P O

Podalirius *Clarus apud Danaos Podalirius arte medendi.* Ovi. 2 de art

Pœan *Patre Philoctetes fertur Pœante creatus.* ovid. 5 Triſt

Pœni *Quos Carthago tulit Pœnos perſæpe vocamus.* ver. 1, æn

Polites *Priamiden Pyrrhus proſtraverat enſe Politen* Verg. 2, æn

Polla *Magniloqui coniunx Lucani Polla feretur.* Mart, 7

Pollentia *Vrbs Ligurum dives nigræ Pollentia lanæ.* sil 8

Pollio *Clarus & Auguſto orator vatiq; Maroni* Verg. in Buc
Pollio, deſcribit Magniq; & Cæſaris arma: Hor. 2 Car saty, 1
Idem ſublimis Tragica ampullatur in arte.

Pollux, vide Caſtor *Pollux & Caſtor Iove ſunt, Ledaq; creati.* verg 6. æn.

Polycletus *Egregias cælat ſtatuas Polycletus in ære.* Mar. 8

Polydamas *Teucrum Polydamanta ferunt Antenore natum.* Perſ, Sat. 1

Polydectus *Verſus es in ſilicem rector Polydecte Seriphi.* ovid 5 met

Polydorus *Natorum minimus Priami Polydorus: alendum hunc* ver, 3 æn
Dum ſumpſit Polymneſtor atrox, occidit ob aurum. Ovi, 13, met

Thracum

Polymneſtor. *Thracum ſceptra tulit Polymneſtor, luminibus quem* verg 3 æn
Privat Ciſſeïs Polydori fata rependens. Ovi. 13. met

Polyhymnia *Muſa lyræ & cantus Polyhymnia repperit uſum.* Hor, 1 Car.

Polynices *Oedipode ſatus eſt Polynices matre Iocaſta,* sta, 4 Theb.
Concubito infando, fratrem qui Marte Eteoclem
Atque illum frater, regnandi ardore, peremit.

Polyphemus. *Neptuni natus, Cyclops Polyphemus, in antro* verg 3 æn
Carne hominum paſtus, quem lumine privat Vlyſſes.

Polyxena. *Ex Hecuba Priamus te, pulchra Polyxena, gignit:*
Quam patris ob cædem Pyrrhus mactavit ad aras. Ovid 13. me

Polyxo. *Dux ſceleris Lemni vates Phœbæa Polyxo:* sta Theb. 5
Namq; viros patriæ perimendos ſæva procurat.

Pometii *Pometios urbem Italiæ coluere Latini.* ver, 6, æn

Pomona *Pomonam Vertumnus amat, qua nulla Latinas* ovid, 14. met
Latialis nympha *Inter Hamadryadas coluit ſolertiùs hortos.* Ovi. 14 met

Pompeius magnus. *Pompeius magnus clariſſimus ille Quiritum,* Luc, 1
Pompeio Strabone ſatus: pelagoq; ſoloq;
Marte potens, multum bello qui miſerat orbis Luc 3
Sub Latias leges: Capitolia celſa triumphis
Qui toties ſubijt: civili Marte fugavit Luc. 7.
Hunc tandem Cæſar, maculatis ſanguine campis
Æmathijs: curſu Pharias ubi venit ad oras, Ovi. 4. pont.
Ingrati regis iuſſu hunc occidit Achillas. Luc 8

Sextus Pompeius. *Sextus Pompeius prætor tibi Naſo probatur.* ovid ponto.

Pontina. *Volſcorum Pontina palus, contermina Romæ.* Luc, 1

Pontus. *Eſt Aſiæ Pontus regio, quà Phœbus in undas* verg. Buc:
Vergit, Haly fluvio alluitur: ſed terminat oras Ver. 1. æn,
Eoas Colchis: Euxinum littus ab Arcto. De ponto

Poppæa. *Othonis coniunx priùs, hinc Poppæa Neronis.* Iuven 6.

Populonia. *Littore in Hetruſco urbs Populonia proxima Piſis.* ver 10 æn

Porcia. *Nata Catone fuit pia coniunx Porcia Bruti.* Mar, 11,

Porphy-

porphyrion.	*Porphyrion fera bella gigas dijs intulit atrox.*	Claud de Gigan.
Porſenna.	*Rexerat Hetruſcos hoſtis Porſenna Quiritum,*	
	Tarquinium imperio pulſum qui reddere nixus.	verg 8 æn
Portunus.	*Qui Melicerta priùs Portunus ritè vocatur.*	ver. 5, æn,
Porus.	*India, Pore, tibi quondam parebat Eoa.*	Claud. ad Hadr.
Potitius	*Alcidæ fertur coluiſſe Potitius aras.*	Verg. 8, æn

P R

Præneſte.	*Vrbs ſtetit in Latij tractu Præneſte peralto.*	verg. 7 æn
Praxiteles	*Praxiteles ſtatuas in marmore, ſculpſerat aptè.*	prop 3
Priamus.	*Laomedonte ſatus Teucrorum principe dives*	ver, 8, æn
	Eſt Priamus: Teucrorum adeò qui protulit oras,	
	Regnatorem Aſiæ vates, vel ut inde ferebat:	ver, 2 æn
	Quem tandem capta Troia proſternit ad aras	
	Pyrrhus Achilleïdes, cæſo prius enſe Polite.	verg. 2. æn.
Priamus.	*Nomen avi retulit Iuvenis genitorè Polite.*	ver. 5, æn
Priapus.	*Liber & alma Venus fœdum genuere Priapum:*	Ver. priap.
	Præſidet hîc hortis, membro proſtante virili.	Hor, 1 ſer.
privernum.	*Privernum urbs Volſcis, qua prodijt urbe Camilla.*	ver. æn, 7.
privernates.	*Hinc Privernatum deduxit Sylla maniplos.*	Sil. 8.
Priſcus.	*Pompilij vitam deſcripſit carmine Priſcus.*	ovi. 4 pont.
Procas.	*Albæ ſceptra Procas fert, quo patre natus Amulius.*	Verg 6 æn.
Prochyte.	*Inſula Tyrrheno Prochyte circundata ponto.*	ver. 9. æn.
Procris.	*Procris Erichthei proles, Cephali quoque coniunx,*	ovi, in Epiſt
	Quam ratus eſſe feram Cephalus necat inſcius haſta.	Ovid, 7 met
procruſtes.	*Quem necuit Theſeus celebratur latro Procruſtes.*	ovid 7 met
proculeius.	*Auguſto Proculeius eques chariſſimus olim.*	Hor, 2 Car
Prœtides, Iphianaſſa, Mæra, Euryale, & Lyſippe.	*Prœtides Argivûm Prœto ſunt rege creatæ:*	Verg. in Buc
	Edunt mugitum Iunonis numine ſpreto.	Ovi, 15, met.
	Prœtus Abantiades Argivûm ſceptra ferebat.	Ovid, 5. met
Prœtus.	*Verſu elego Proculus vates deſcripſit amores.*	Ovid, 4, de Pont
Proculus.		
Progne.	*Eſt Terei Progne coniunx, Pandione nata:*	Ovid. 6, met

Natum

Natum quæ Tereo cæſum fera præbet edendum:
Inde virum fugiens mutata manebat hirundo.

Promethe us. *Qui ſatus Iapeto, fingit ſimulachra Prometheus* ovid 1 met
Viva luto, furtim ſublato cælitùs igne,
Quo ſimulacra animat: dehinc Iuppiter exerit iras
In genus humanum, Pandoræ pixide aperta.

propontis mare *Dividit à Græcis tellus te Aſiana Propontis.* Ovi. 4. pont.

Proſerpina. *Nata Iove agnoſcit Cererem Proſerpina matrem* Claud de rap.
Tergemina: hanc Pluto vi raptat ad infera regna. Verg. 1 geo.

Proſymna *Argolica eſt regio, Iunoni ſacra, Proſymna.* Stat, theb. 8

proteſilaus. *Proteſilaüs erat dux, Graius ab Hectore cæſus.* Ovi. in Epiſt

Proteus *Tethys & Oceanus genuerunt Protea vatem,* verg. 4. geor
Quamlibet in formam qui ſe mutare valebat: Hor, in Epiſt
Neptuni hic turpes paſcit ſub gurgite Phocas. ver. 4 geor.

Proteus *Alter in Ægypto, Proteus rex, ſceptra tuliſti.* Verg. 11. æn

P S

Pſamathe *Argivûm Pſamathe prognata eſt rege Crotopo,* stat 1. Theb
Illa Linum peperit Phœbo genitore celebrem.

Pſamathe *Vndiſona eſt Pſamathe Graias iuxta, inſula, Thebas.* Flac. 1

Pſophis *Arcadiæ urbs Pſophis: Erycis ſic nata vocatur.* ovid 5 met stat. 4 Theb

Pſylli *Pſyllorum in Libya (mirum eſt) gens unica terras.* Luc 9
Incolit, à ſævo ſerpentum innoxia morſu, hi
Læthifica dubios explorant aſpide partus. Luc 9

P T

Pteleos *Theſſaliæ urbs Pteleos, civilis conſcia belli.* Luc, 6

Ptolomæus. *Regis Alexandri Macedûm poſt funera, cunctli*
Sunt Pharij reges Ptolemæo nomine dicti, Iuc 8
Donec ſub Latias leges Octavius orbem Luc 9
Miſerat: hinc regno potitur Cleopâtra cupito.

Quos

P V

Punica regna, *Quos Carthago tulit Pœni quoniam usq; vocantur*
Punica regna legus: & Punica bella subinde: verg. 1, æn
punica bella, *Sic, quæ in Romuleos Pœni gessereferuntur.* sil,
Puppius. *Puppius arte gravis lachrymosa poëmata condit.* Hor, in Epist

P Y

Pygmæi. *Montibus extremis populos Eoa ferebat* Iu sat, 13.
India Pygmæos: hic anno fœmina quinto
Iam matura parit: bis quarto eademq; senescit:
Mas præceps parvis currit bellator in armis, ovi. 6. met
Cui caper aut aries equus est, dum fertur in hostem
Marte gruem, miles non æquo Marte fugatur
Sæpe, ubi tota cohors pede vix est altior uno. Iu Sat. 15
Pygmaliõ. *Pygmalion Belo Tyriorum principe cretus,* Verg. 1 æn
Thesauros sitiens Sichæum sternit ad aras.
Pygmaliõ Cilicis natus. *At Cilicis proles peperit tibi eburnea imago* Ovi, 10, met
Sculpta Paphum (sumpta vitali cælitùs aura
Quã dedit alma Venus) de quo Paphos urbs tibi nomẽ Ovid
Pylades. *Est Strophio Pylades genitus, qui fœdere Oresti* Martial. 10
Iunctus amicitiæ, quo non fuit arctius ullum. ovid. 5 Trist
Pylene. *Ætolûm viguit quondam urbs scopulosa Pylene.* Sta, 2, Sil sta Theb 4.
Pylus, Pylius *Graia Pylus manet urbs, Pylius qua Nestor ab urbe.* Ovi. 1, pont,
Pyracmon. *Brontesq;, Steropesq;, & nudus membra Pyracmon,* ver. 8, æn
Neptuno creti Cyclopes fulmina cudunt. Claud de rap.
Pyræus, Pyræus. *Cecropidûm portus gaudes Pyræe carinis.* Ovid. 6, met
Pyramus. *Pyramus ardebat Thisben Babylonius, inde* ovid 4 met
Alter ob alterius causam se occidit uterq;.
Pyramus. *Per Cilicum fines decurrit Pyramus amnis.*
Pyrene. *Quam stuprat Alcides Bebryce est prognata Pyrene:* Tibul
Pyrene mons. *Hinc mons Pyrene Veneris qui conscius artis*
Divisos Celtis latè prospectat Iberos. sil 3

Pyreneus. *Phocida qui rexit, Muſas ſtuprare Pyreneus* Ovid. 5, met
Dum ſtudet, è ſumma confregit colla feneſtra.

Pyrgo. *Pyrgo ſit Priami natorum regia nutrix.* Verg 5. æn

Pyrgi. *Tuſcia Pyrgorum retinebat finibus urbem.* Verg, 10 æn

Pyroïs. *Solis equi Pyroïſq́, Phlegonq́, & Eoüs et Æthon.* ovid. 2, met.

Pyrrha vide Epimetheus. *Deucalion ſola cum Pyrrha vivit in orbe* Ovi, 1, met.
Coniuge dilecta, terras cum fluctus inundat, Hor. 1. Car
Cui mater Pandora fuit, genitore Epimetheo.

Pyrrhus. *Pyrrhus Achilleïdes animoſus imagine patris* Ovid, Epiſt.
Occidit Priamum, caſo prius enſe Polite: Verg. 2 æn.
Hunc tandem occidit furÿs agitatus Oreſtes.

Pyrrhus. *Alter Pyrrhe ferox Epiri ſceptra tuliſti.* Luc 1

Pythagoras. *Pythagoras ortu Samius, genitore creatus* ver. in opuſ.
Mneſarcho: hic orbem virtútis amore peragrat: ovid 5 met
Cui (ſcelus indignum) carnem guſtâſſe, fabaſve: Iu ſat. 3.
Spiritum in alterius corpus migrare putabat.

Pythia. *Concelebrant veteres Phœbo certamine ludos.* ovid. 1 met

Pythii ludi *Pythia perdomitæ ſerpentis nomine dictos:* Ovi, 1, met

Pythius. *Pythius inde etiam fertur Latialis Apollo.* Verg. 9. æn.

Q V

Quinquatria *ANnua habent Latij Quinquatria feſta Minervæ.* ovid 3 faſt

Quintilianus. *Quintiliane vagæ moderator ſumme iuventæ,* Martial.
Exornas Romæ ſtudÿs benè Rhetor Iberos.

Quintilius *Quintilij mortem Marofert & Horatius ægrè.* Hor, 1 Car.

Quintius Atta, *Priſcus erat vates Romanus Quintius Atta.* Hor 2 Epiſt.

Quirinus. *Romulus ille idem, quem nunc appello Quirinum:* Ouid. 3 faſ.

Quirites. *A quo dicuntur Romani ſæpe Quirites.*

R A

Rabirius. *DAt magni carmen ſublime Rabirius oris.* Ovi. 4. pont.

Racipalis. *Præfuerat quondam Macedûm Racipalis oris.* Luc, 5

Thuſce

Rapo. *Thuſce Rapoſternis prædurum viribus Orſen.* Verg.10.æn

Ravenna. *Littore in Adriaco gaudent Latij urbe Ravenna.* stil 8

R E

Reate urbs, *Italiæ medio tenúere Reate Sabini.* stil 8

M. Regulus *Marte petens Tyrios proſtravit Regulus armis* Hor, 1 Car
Sæpè: tamen Pœni bello hunc cepere ſiniſtro: Hor 3 Car.
Sponte hoſtes repetit, quò iura fidemq; reſervet:
Cogitur inde mori vir ſervantiſſimus æqui.

Remus. *Marte Remus ſatus eſt, & Romulus, Ilia partu* verg.1 æn
Vno quos peperit, Remus eſt à fratre peremptus. Ovi. 4. faſt

R H

Rhadamantus. *Nate Iovis Rhadamante Europa matre, tuliſti* ver.6 æn.
Qui Lyciæ ſceptrum: rigidus nunc iura miniſtras
Tartareis animis, ſcelera impia quoſq; fateri
Quæ perpetrârunt cogis, dum vita manebat.

Rhæti. *Danubij ad fontes gelidis Rhæti Alpibus hærent.* Verg.2.geo.

Rhamnætes *Rhamnætem Niſus, Turni de parte, trucidat.* Verg.9.æn

Rhamnuſia. *Quæ ſuprà Nemeſis, ritè hîc Rhamnuſia fertur,* ovid.5 Triſt
Vltrix quæ ſcelerum, dignis bona quæq; rependit.

Rhea, quæ & magna mater, Ops, Cybele, Veſta, & Berecynthia. *Cœlo Terra parit genitrix te Rhea ſacerdos:* ver 7 æn
Ops eadem & Cybele, Veſta & Berecynthia fertur. ver 5, æn,
Auſonias inter Siculaſq; urbs Rhegyon oras. Ovid 14 met

Rhegyon. *Belgica ſuſtinuit Rhemorum Gallia gentem.* Luc,1

Rhemi. Rhenus, *A Gallis dirimes Romanos flumine Rheno.* verg.8.æn

Rheſus. *Nocte, ducem Thracum Rheſum proſternit Vlyſſes.* ovid 13 met

Rhipe. *Arcadiæ urbs Rhipe quondam viguiſſe putatur.* stat, 4 Theb.

Rhiphæi. *Rhiphæos Scythiæ tollit Septentrio montes.* Luc.3.

Rhipheus. *Nube ſatus Rhipheus Ixione patre: ſed alter* Ovi.12.met

Khipheus. *Qui fuit in Teucris vir ſervantiſſimus æqui.* ver,2 æn

Rhodanus. *Gallorum Rhodanus rapidus rigat amnis arenas:* Luc 1
Alpibus exortus Tyrrhenum tendit in æquor. ovid. 2 met

Rhodia.	*Oceano Rhodiam Tethys peperisse putatur.*	Verg. 2. geo.
Rhodope.	*Mons Thracum Rhodope medium porrectus ad axẽ:*	Ovi. in Epist
	In quem versa quidem Thracum regina putatur.	Ovi. 10 met
Rhodopeius.	*Orpheus hinc Rhodopeïus ac Rhodopeïa Phyllis.*	Ovid, Epist.
Rhodos.	*Insula Carpathio Rhodos est circundata ponto.*	Luc. 8.
Rhœteum promontorium.	*Rhœteum Phrygiæ mons qui procurrit in æquor:*	Verg. 6. æn
	Hic Aiax fertur natus Telamone sepultus.	
Rhœtion.	*Colle Phryges summo struxerunt Rhœtion urbem.*	Luc, 9
Rhœtus.	*Rhœtum hostem sternis Lenæe giganta Tonanti.*	Hor, 3 Car
Rhœtus.	*Alter Marrhubijs rex fertur sceptra tulisse.*	Verg. 10. æn
Rhuteni.	*Gallorum fines flavi coluere Rhuteni.*	Luc, 1

R O

Robigo.	*A vitio segetes servas Robigo Quiritum.*	ovid fast 4
Roma.	*Vrbs Roma Ausonios decorat latissima fines,*	
	Quondã orbis domitrix, contermina Tybridis undis,	ovid, 15. met
	Monte sub ingenti rerum fundamina ponit:	ovid 15 met
	Imperium terris, animos æquavit Olympo,	AEneid. 6.
	Septemque una sibi muro circundedit arces.	
Romulus.	*Ilia Mavorti peperit te Romule, eodem*	ver, 1 æn
	Atq; Rhemum partu, Romæ qui mœnia condis.	ovid 3 fast
Roscius.	*Roscius est Romæ doctissimus histrio: at alter*	Hor 2 Epist.
Roscius.	*Romanis tulerat quæ fertur Roscia, legem.*	

R V

Rubi.	*Vrbe Rubis veteri gaudet Campania dives.*	Hor. 1. sat. 3
Rubicon.	*In pontum Adriacum citus influit Apennini*	sil 8
	Fonte cadens modico Rubicon, qui Gallica certus	Luc 1
	Limes ab Ausonijs disterminat arva colonis.	
Rudia vel Rudiæ.	*Ausoniæ fines Rudiam tenuere vetustam,*	Sil. 8,
	Brundusium iuxta: celebrem natalibus Enni.	sil, 12

Vrbs

Rufæ. *Vrbs Campana Rufæ, Turni quæ partibus hæsit.* verg 7 æn

Rufinus. *Occiduis Stilico, sed Eoïs præfuit oris* Claud. 1 & 2. lib. de Iau Stil. de bello Gild, in, Rufino 1, & 2.
Rufinus, Gildo Libycis quoad Honorius hæres
Arcadiusq; annos ferrent ætate viriles:
Fœdera tutores violant duo, & arma capessunt
Hæredes contra: meritò hinc periere rebelles.
At Stilico hæredum constanter partibus hæsit.

Rufre. *Italiæ Rufren Samnitum agnoscimus urbem.* sil. 8,

Rufus. *Rufus amat lyricos, ut Pindarus, edere versus.* ovid 4. pon.

Ruspina. *In Libya urbs cernit non æquos Ruspina fluctus.* sil 3

Rupilius. *Proscriptus Rupili sequeris tentoria Bruti.* Hor, 1 ser. saty. 7

Rutilius *Quod Marium sequeris Smyrnam amandare Rutili.* Ovi. 1. pont.

Rutubæ. *Ex Apennino Rutubæ scatet unda nivali.* Luc. 2

Rutuli. *Italiæ Rutuli tractum coluere feroces:* ver. 9. æn.
AEneam contra, Turno duce, prælia tentant. verg. 8. æn

Rutupinum. *Littora cordatis fervent Rutupina Britannis.* Luc. 6

S A

Sabæi. *GEns Arabum Eoo ditescunt thure Sabæi,* Ver. 1, ecor.

Saba. *Queis in prærupto Saba regia monte vigebat.*

Sabaria. *Vrbs Ligurum refluo Sabaria proxima ponto.* Sil. 8,

Sabelli. *Pòst fero Samnites quos hic appello Sabellos.* Luc 2

Sabidius. *Ventre vorax Sabidi vomis ore, quod alvus abhorret.* Mar in Epig

sabini a sabo dicti sabus. *Italiæ populos patrio cognomine primus* sil. 8
Sabe appellasti magna ditione Sabinos: verg. 2. ecor
Virgine quos olim spoliat Romana iuventus. verg 8 æn

Sabinus. *Floruit Augusti vates ætate Sabinus.* Ovid, 4, de pont

Sacrani. *Sacrani Italiæ populi tibi Roma propinqui.* Ver. 7, æn,

Sadales. *Rex Sadales Ponti Pompeij partibus hæsit.* Luc, 5

sagaris amnis. *Per Phrygiam Sagaris sinuosus tendit in æquor.* ver 3 æn

saguntus ab Hannibale diruta. *Vrbs Hispana fuit Romanis fida Saguntus,* Sil. 1, Luc. 3.

	Hinc Pœni invidia ruit alto a culmine bello.	Sil. 2
Salamis.	*In maris Euboici Salamis iacet insula tractu:*	verg 3 æn
Salamin.	*Nominis eiusdem regio quæ continet urbem.*	Luc. 3.
Salamin.	*Hæc Salamin itidem fertur quæ spectat Athenas.*	Hor 1 Car. verg. 8. æn
Salentini.	*Salentini Italos habitant iuxta æquora, fines.*	Ver. 3. æn.
Salernum	*Præteris Hesperiæ Siler urbem prone Salernum.*	Luc 2,
Salii.	*Saltantes Salij Gradivo sacra tulerunt.*	Verg. 8, æn
Salustius.	*Historias narras, Salusti Crispe, Quiritum.*	Hor, 2 Car,
Salmacis.	*Infames fundit Carum fons Salmacis undas:*	Ovi. 15. met
	Quisquis in hunc fontem vir venerit, inde redibit	ovid 4 met
	Semivir, & tactis subitò mollescet in undis:	
salmacis nympha.	*Fonti nympha suo nomen de nomine liquit.*	ovid 4 met
salmoneus Æoli filius.	*Elida Salmoneüs regit, hic cadit ignibus ictus,*	
	Dum flammas Iovis & sonitus imitatur Olympi.	ver. 6, æn
Salo.	*Spumifer Hispanus fluvius Salo volvit arenas.*	Mart. 10,
Salonæ.	*Vrbem Dalmatiæ rigat Adriaca unda Salonas.*	Luc 4
salpina palus	*Te Salpina palus regio dabit Appula stagnans.*	Luc, 5
Same.	*Parva Same Ionio circundatur insula ponto.*	ver 3, æn
Samnites.	*Italiæ populi Samnites, sive Sabelli.*	Luc 2
Samos.	*Æquoris Icarij Samos insula Thracibus hæret:*	Vergil. 1, æn
samothracia Iunoni sacra	*Hinc eadem fertur Samothracia ritè Maroni,*	Verg. 3 æn
	Nata ubi Iuno fuit templisq; dabantur honores.	
sangaris vel sangarius,	*Sangaris in Phrygia campos sinuosus inundat.*	Ovid, 4, de Pont
santones vel santoni,	*Gallorum extremas coluerunt Santones oras.*	Luc, 1.
Sapis.	*Trans Alpes fluvius Sapis coniunctus Isauro.*	Luc, 2,
Sappho.	*Carminis inventrix Sappho deamasse Phaonem*	ovid, Epist. Ovi. 3 de art
	Fertur, præcipitem se spretam mittit in æquor.	
Sardanapalus.	*Vltimus Assyriæ princeps mollissimus ille*	Iu. Sat, 10
	Sardanapalus erat: victum sese igne cremavit.	ovid in Ib
Sardinia.	*Insula Sardinia est Ligurum circundata ponto*	Mart, 4
	Pestifera: haud anguem fertur proferre lupumve:	

Illam

Sardoi. *Illam Sardoï veteres coluisse feruntur.* ver,7 æn,

Sardis. *Lydorum urbs Sardis locupletis regia Cræsi.* Hor. in ep.

Sarmatæ populi. *Sarmata Marte ferox Scythiæ per rura vagaris:* Luc.3
Crudum qui potas lac mistum sanguine equino. Flac 1

Sarmẽtus. *Et Romanus eques Sarmente & scurra fuisti.* Hor,1.ser saty,5

sarnus fluvius & mons, *Monte fluit Sarno Campana Sarnus in æquor.* ver 7 æn Luc, 2

Sarpedon *Sarpedon Lyciæ princeps Iove patre creatus,* ver,1,æn,
Qui Marte Iliaco Patrocli sternitur armis.

Sarra. *Sarra urbs Phœnices Sarranum ubi tingitur ostrum.* Ver.2 Geor

Sarraſtes. *Sarraſtes populi: tulit hos Campania dives.* vergil 7 æn,

Sarſina. *Vrbs fuit Æmylia lactis quæ Sarſina dives.* Sil.8.

Saſon. *Italiæ Adriacas Saſon fluit amnis in undas.*

Saſon. *Insula Brunduſium iuxta iacet æquore Saſon.* Luc,2

satarchæ *In Scythia ditem flavi tempſere Satarchæ.* Flac.6

saticuli, Italiæ populi. *Italiam fertur coluisse Saticulus asper.* ver.7,æn

feris monb. *Italica est Satura tellus ditata palude.* verg.7,æn

saturæ palus

Saturnus. *Saturnus Cælo Veſtaq; parentibus ortus:* Ver.2,Geor
Aurea quo regnante fata est fœliciter ætas: ver 8 æn, Ovid.1.met
Ille vorare mares genitos se ſuevera t: inde
Iuppiter hunc natus Cretenſibus expulit oris: verg.8,æn.
Hæc pietas decuit quæ gentes numina adorant:

saturnius saturnia, *Iuppiter hinc Saturnius, & Saturnia Iuno:* verg.æn.1,

Saturnia. *Ille urbem in Latio, hæc fertur Saturnia, condit.* verg 8 æn

Satyri. *Semimares Satyros ſylvarum numina credunt.* ovid. 1 met,

Satyrus. *Gallica rura rigat Satyrus ſpumantibus undis.* Luc,1

Sauromatæ. *Gaudent Sauromatæ Scythica regione feroces.* Onid 2 pon.

S C

Scæa. *Occiduum Troiæ porta urbis Scæa tuetur.* verg .3. æn,

Scæva. *Pompeium contra, rigidis animoſus in armis* Lan 5
Cæſareas partes obſeſſus Scæva tuetur.

Scævola. *Eſt Romane tibi cognomen Scævola Muti:* Luc 2

Vulcano dextram præbes errore tremandam.

Scamander. *Troïus Ida, amnis fluxit de monte Scamander,* Hor. in Epod
Xanthus item fertur: Sic dicitur Hectore natus.

Scaptia. *Scaptia in Italia urbs: gens illinc Scaptia fluxit.* Sil. 8

scatinia lex, *Lex turpes coïtus vetuit Scatinia Romæ.* Hor, sat

Scarphe. *Scarphe urbs Euboïcis, muris circundata, in oris.* Sene trag

Schænos. *Vrbem perveterem profert Bæotia Schænon.* stat 7. Theb

Scauri. *Scaurorum gens clara Quiritibus auxit honores.* Sil. 8

Scinis. *Latro Scinis quondam magnis malè viribus usus:* Ovi, 13. met
Vt necat ipse alios, Theseus hunc iurè trucidat. Clau. Ruf.

schæneus, schæneis *Schæneus Arcadiæ princeps Schæneïda gignit.* Ovi in. Epist

Scipio. *Scipio nobilium nomen lego sæpe Quiritum:* Luc, 2, sil, 8,

Scipiadæ. *Quos Maro Scipiadas sexto vocat atq; secundo.* ver, 6, æn Ver. 2 Geor

Sciron. *Haud paucos Sciron Megarensis latro trucidat,* Ovid 7 met

scironia saxa, *Hunc Theseus: huic ossa manent Scironia saxa.* Claud de bello Get.

Scopa. *Arte Scopa egregias cælasti in marmore formas.* Hor. 4, Car

Scolos. *Vrbs Scolos Graia est, quam vix petit arte viator.* sta, 7 Theb,

Scorpius *Zodiaci octavum sit Scorpius ordine signum* Ver, 1, Geor
Post decimam quarta Octobris quod Phœbe subintras.

Scoti, *Gaudet magnanimis Arctoa Britannia Scotis:* Clau pan, 9 de bello Getico.
Hi nulli imperio externo parere coacti:
(Cæsaribus reliquus fermè dum paruit orbis)
Nulla iuga agnôrunt: servit quibus ultima Thule, Sta. sil 3
Et quas vix numeres regiones æquore cincta.

Scylla Nisi. *Nisi Scylla ferox Megarensis filia regis,* ovid 8 met
Purpureo spoliat fati qui crine parentem: Verg. in Cir.
Ciris avis manet hæc: pater hinc Haliætus ales. ovid. 8, met

Scylla Phorci. *Phorci Scylla quidem proles, quam Glaucus amabat:* Ovi. 14. met
Inferior cui pars in rictus versa caninos
Invidia Circes, Siculis nunc latrat in undis
Navibus atra lues, Zancleæ obiecta Charybdi. Verg. 3 æn

Ad

Scylaceſi. *Ad Calabræ fines urbs naviſragum Scylaceum.* ver 3.æn

Scyros. *Ægæo Scyros medio iacet æquore: Achilli hîc* ovid. Epiſt.
Deidamia parit Pyrrhum, quæ Scyrias inde. Ovi. 1 de art

Scythia. *Magna Scythis regio ſeptem ſubiecta trioni* Luc. 3.
Europæ atq; Aſiæ partem quæ ſumit utranq;: hîc Flac. 6

Scythæ. *Moribus inculti funeſto Marte feroces,* ovid 1 Triſt
Hîc nullus terram curvo proſcindit aratro.

Scython. *Naſoni fertur modò vir, modò fœmina Scython.* ovid 4 met

S E

Sebethis. *Nympha Telonis erat Sebethis candida coniunx.* ver.æn. 7.

Sebethos. *Fons dat Campanis Sebethos fluctibus amnem.* Sta. Sil. 1

Sedétani. *Fert Sedentanas Hiſpania toſta cohortes.* Sil. 3

Selenus. *Amnerates Cilicum gaudent ſtatione Seleno.* Luc. 8

Selinis. *Vrbs Sicula regionis erat palmoſa Selinis.* Ver. 3. æn.

Sellæ. *Vrbem Epirus habet veteres in vertice Sellas.* Luc. 3

Semele. *Thebarum Semele Cadmo ſata rege parente:* Hor 1 Car.
Viniferum illa Iovi Bacchum peperiſſe putatur. Ovid, 5. met

Semiramis. *Divitis Aſſyriæ regina Semiramis, uxor* ovid 4 met
Illa animoſa Nini, Babylonica mœnia condit.

Senæ. *Hetruſcam Brennus dux Senas condidit urbem.* Sil. 8

Seneca phi. oſophus *Hiſpano Senecæ eſt Academica ſecta probata:* Iu ſat 8
Erudijt, moritur quo præcipiente, Neronem.

seneca tragicus poeta, *At vates alter tragica ampullatur in arte*

Senna. *Senna amnis latas Gallorum proluit oras.* Luc. 2.

Senones *Fert Senonas regio Gallos contermina Belgis,* Luc. 1.

300000 armatorũ Romanos ſuperant. *Romanos ſternunt magna qui clade, pererrat* Clau. in Ru.
Allia quà fluvius, Brenno moderante phalanges: Cla in Ruf 1
Hinc Romam ingreſſi Capitolia celſa minaces
Invadunt: quos inde fugat virtute Camillus. Verg. 6 æn

Sequana- *A Celtis dirimit Gallorum Sequana flumen*

Sequani. *Belgas: huic amni contermina Sequana gens eſt.* Luc. 1.

Sub-

Serapis. *Sub bovis Ægypti specie soluere Serapin,* Mar 9

Seres. *Dat Scythiæ regio populos Asiatica Seres.* Luc 1, verg. 2. geor ver, 4 æn

sergestus vel seresthus, *Æneæ rexit Sergestus navita classem.*

Seriphos. *Æquoris Ægæi complectitur unda Seriphon* Ovid 7 met

Serranus. *Nobilis extiteras inter Serrane Quirites.* ver. 9. æn.

Servilia. *Digna Catone soror, mater Servilia Bruto.*

Sesostris. *Sceptrifer Ægypti violentus Marte Sesostris:* Flac. 5
Qui Colchos bello domuisse Getasq; putaris.

Sestos. *Vrbs Hellespontiin Thracum stat littore Sestos:* Luc. 6

Sestias. *Sestias hinc vati fertur miserabilis Ero* stat 6. Theb

Setabis. *Setabis Hispana urbs Arabes sprevisse putatur.* Sil. 3

Setia. *Fertilis urbs acri Campana est Setia vino.* Sil 8

Severus. *Samnitum tetrica mons horret rupe Severus.* ver. æn, 7.

Severus. *Exhibuit Latio carmen regale Severus.* ovid 4 pon.

S I

Sibyllæ. *Fatidicæ vates cecinere futura Sibyllæ:* Verg. 6 æn
Quarum Varro decem numerat: Lactantius illas Ovi. 14, Met
De Christi adventu ceciniſſe probaverat omnes.

Sicambri. *Flavo crine tulit Germanica terra Sicambros.* Martial. 13 ovid ad Liv. Claud. 4 de Hon. Conſ.

sicani, a quibus dicta sicania, quæ & sicilia dicit. *Produxit veteres tellus Hispana Sicanos,*
Insula Tyrrheni maris inde Sicania fertur, Luc. 3

Sichæus. *Plisthene cretus erat, Didûs prior ille Sichæus* Ovi. 13. met ver. 1. æn
Coniunx, Pigmalion quem sternit ad Herculis aras.

sichæus poenus *Qui satus Hasdrubale est, Romanis sternitur armis.* sil. 5.

Sicilia. *Equore Tyrrheno Sicula insula cingitur: illa* verg. 1. 2 æn
(Sicelides musa hinc) Triquetra & Trinacria fertur:
Insula frugiferis, Italos propè, nobilis arvis. Luc 3

Sicoris. *Hispanos inter Sicoris non ultimus amnes.* Luc 4

Sicyon *Vrbs Sicyon rutulis ditescit Graia metallis.* Ovi. 4. pont.

Sidicinũ. *Dat Sidicinum urbem veterem Campania dives.* Luc. 3 Ver. 1. æn. verg 7 æn

Sidon. *Phœnices Sidon urbs, hinc Sidonia Dido*

Sigæum

sigæum pro montorium,	*Sigæum Phrygiæ mons qui procurrit in æquor.*	ver,1,æn
Signia.	*In Latio tulit urbs auſterum Signia vinum.*	sil.8
Siler.	*Heſperiæ fluvius Siler, irrigat ille Salernum:*	Luc. 2,
Silarus.	*Hic etiam Silarus fertur quo gurgite tradunt*	ver, 3 Geor
	Duritiem lapidis merſis inoleſcere ramis.	Sil.8
Silius.	*In Romana canit Pœvorum Silius arma:*	Mar,4 & 11
	Carmine grandiſono, ſeptemq; decemq; libellis.	
Silenus.	*Sydera qui petit nutrit Silenus Iacchum.*	ver in Buc.
Simæthis.	*Acis erat Fauno, nymphaq; Simæthide cretus.*	Ex Ovid
simbrivius.	*Simbrivio Italici maduerunt flumine campi.*	sil 8
Simois.	*Monte Ida Simoïs defluxit Troadis amnis.*	ver 11 æn
Sindi.	*Sindi habitant populi iuxta Mæotidos oras.*	Flac 1
Sinon.	*Arte Sinon fallit Teucros tua Siſyphe proles.*	Verg.2 æn
Sinope.	*Vrbs antiqua fuit Ponti celebrata Sinope.*	Ovid. 1.pon
Sinueſſa,	*Vrbs Latii Sinueſſa amni contermina Liri.*	Hor, in. ser.
sipus, sipontum	*Italiæ urbs Sipus, Sipontum eademq; feretur.*	Luc.4.
Sipylus.	*Vrbs Phrygiæ Sipylus telluris diruta motu.*	Ovid. 6 met
Sirenes	*Sirenes cantu inſignes, Acheloïa proles,*	verg 5,æn
monſtra marina.	*Illectos nautas dulci modulamine vocis*	Ex vergil
	Fluctibus Ioniis mergunt: quas cautus Vlyſſes	Ovid, 5.met
	Fallit: præcipites ſeſe hinc è rupe dedere.	Ou.3.de art
Sirius.	*Ardet in ore canis vehementi Sirius æſtu.*	Luc.10.
Siſyphus.	*Æolides varios occidit Siſyphus, illum*	verg 6 æn
	Occidit Theſeus, vaſtabat ut Attica regna:	
	Fertur & in montem rediturum volvere ſaxum.	Ovid, 3 met
Siſyphus.	*At Meropen duxit tuleret qui ſceptra Corinthi.*	Ovid. 4 faſt
Sithonia.	*Thraces Sithonium tractum colnere nivalem.*	Ovid,6,met

S M

Smilax.	*In fruticem deamande Crocum convertere Smilax.*	Ovid,4.met
Smyrna.	*Vrbem Aſia regio ſervabit Ionia Smyrnam.*	Ovi.1.pont

Nomi-

smyrnæus.	*Nominis hinc magni fertur Smyrnæus Homerus.*	Lue,9
smyntheus	*Ad multa accedit Smyntheus tibi nomen Apollo.*	Ovid,6. faſ,
	S O	
Socrates.	*Socrate divino ſophiæ quis amantior? illum*	Hor. de art.
	Attica gens fecit bibere invidioſa cicutam:	Catul.
	Hunc egere reum Melituſq; Anytuſq; ſuperbi.	Hor. Epiſt.
Solon.	*Legibus ille Solon ſapiens ornavit Athenas:*	per. ſat 3
	Funeris ante diem nullum tulit ille beatum.	
Solyma.	*Iudæa Solymam miſerandæ agnoſcimus urbem:*	In ſat. 6
Solomon.	*Condidit hic Solomon præruptis alta columnis*	
	Fatidico Davide ſatus rex, templa Tonanti.	
Solymus.	*Æneam Solymus Phrygijs comitatur ab oris,*	Ovid. 4 faſt
	Vrbem hic Sulmonem condit Naſone celebrem.	
Sophene.	*Adiacet Armeniæ regio, quæ dicta Sophene.*	Luc 2.
Sophenæ.	*Hunc Aſiæ tractum, molles coluere Sophenæ.*	Luc 2.
sophocles,	*Atticus in tragica Sophocles deſavijt arte.*	ver in Buc.
Sophron.	*Trinacriæ Sophron, vates regionis alumnus.*	Sta. Sil, 5.
Sora.	*Vrbem olim tenuit dives Campania Soram.*	In ſat. 2.
Soracte.	*Phœbe Faliſcorum Soracten protege montem.*	ver in æn.
	S P	
Sparta.	*Vrbs Peloponneſi clariſſima Sparta, Lycurgi*	Ver ; Geor
	Legibus ornata: hanc priſci Lacedæmona dicunt.	Ovid. 1. pon
spartacus	*Spartacus occubuit Thrax Craſſo bella gerente.*	Luc. 3.
Sperchius	*Irrigat Æmonias flumen Sperchius arenas.*	Luc. 6.
Sphinx.	*Ore hominum, penniſq; avium, pedibuſq; caninis*	Sen. in Theb in Oedipo,
	Sphinx anigma tulit Thebis, reſeraverat illud	
	Oedipodes, ſaxo Sphinx hinc ſe mittit ab alto.	
Spio.	*Nereo nympha fuit Spio prognata marina.*	verg 4. geor
	S T	
Stella.	*Carmine Stella canis vates Patavine Columbam.*	Martial. 12
Stentor.	*Graius Stentor erat, quo non vocalior alter.*	In. Sat, 13

Bronteſq;

Steropes	*Brontesq́, Steropesq́, & nudus membra Pyracmon*	verg 8.æn
	Neptuno nati Cyclopes fulmina cudunt.	
Sthenelus	*Quem Capaneus genuit Sthenelũ tegit alvus equina.*	ver,2,æn
sthenoboea	*Principis Argivûm Præti Sthenobœa ne coniunx?*	
	Falsò detuleras quæ Bellerophonta marito?	
steſichorus,	*Steſichorus vates lyricus privatur ocellis,*	Hor 4 Car.
	Carmine Tyndaridem quòd deformarat iniquam.	
stiphelus,	*Cæditur à Lapithis Stiphelus de nube creatus.*	Ovid 12.me
stoechades. tres inſulæ.	*Stœchades ad Rhodanum triplicis marè mœnia cingit.*	Luc,3
Strathe.	*Vrbs Strathe Arcadiam exornat contermina ponto.*	stat,4 Theb
Stoici.	*Stoici erant, Zeno quos docuiſſe putatur Athenis.*	Perſius
strongylos inſula.	*Iuxta Trinacriam circundant Strongylon undæ.*	Sil.14.
strophades duæ inſulæ	*Ionium Strophadas regiones circuit æquor.*	verg.3 æn
strymon,	*A Macedûm Thraces Strymon diſterminat oris,*	ver. 4 geor.
strymoniæ grues,	*Strymonias ais inde grues doctiſſime vatum.*	Ver.1.Geor
stymphalus.	*Vrbs Stymphalus erat, iuxta Stymphalidis undas,*	Verg. 1 æn. sta,4 Theb.
stymphalides	*Qui lacus Arcadiæ: hinc Eraſinus profluit amnis.*	Ovid, 2, faſ,
Styx.	*Infera regna palus undis Styx atra rigabit:*	ver 1. geor.
	Dij cuius iurare timent & fallere numen.	Ex ver,6,æn

S V

suadela perſuaſionis Dea,	*Suadere edocuit numen Suadela Quirites.*	Hor.in epi 1
Suburra.	*Martia perveterem vicum dat Roma Suburram.*	Mar,6
Sucro.	*Hiſpanas lymphis fluvius Sucro irrigat oras.*	sil.
Sueſſa.	*Sueſſa urbs Campana eſt rigidis detrita duellis.*	sil,
Suëvi.	*Iuxta Iſtrum ſedes flavi tenuere Suëvi.*	Luc, 2
Sulmo.	*Vrbs Pelignorum Latialis Sulmo celebris,*	ovid 4. Triſ,
	Structore à Solymo Phrygio quæ nomina ſumpſit:	Ouid. 4 faſ.
	Ingenio clarus Naſo qua prodijt urbe.	ovi, 2 Eleg
Sũmanus.	*Tartara Summanus rexit, Pluto quoq́, fertur.*	ovid 4 Triſ ovid 6. faſt
Sunion.	*Sunion eſt Graiûm mons qui procurrit in æquor.*	Ovi. 4. faſt

Itala

Surrentū.	*Itala Surrentum urbs, Græci hanc ſtruxiſſe putantur.*	Sil. 8,
Suſæ urbs.	*A Perſis dirimes Suſis Babylonica regna.*	
Suſana.	*Suſana in Italicis urbs quondam conſtitit oris.*	Sil. 3
Sutrium.	*Sutrium in Italicis urbs quondam conſtitit oris.*	sil 8

S Y

Sybaris.	*Græcia magna tulit, Sybaris quæ dicitur urbem*	Hor. in epiſt
	Luxuria infamem, rerum cui copia fluxit.	Ovid. 2. Triſ
Sybaris.	*At Sybaris fluvius prædictus proximus urbi,*	ouid. 14 met
	Electro faciet ſimiles auroq; capillos.	
Sycoris.	*Heſperios inter Sycoris non ultimus amnes.*	Luc 4
Syene.	*Inſula in Ægypto eſt, inibiq; urbs ſole Syene*	Luc. 2 & 9
	Vſta, hic auſtrales vix Phœbus porrigit umbras.	
Syla.	*Italiæ mons Syla latronibus uſq; favebat.*	verg. 12. æn
Sylla.	*Bello Sylla ferox vinctum Romane Iugurtham*	Flac 1
	Auſpicijs Marij celſa in Capitolia defers,	
	Samnites, Marſos, Mithridatem ſternis in armis:	
	Hinc Marium ſuperas civili Marte cruentum.	Luc 2
Sylla Fauſtus.	*Fauſtus Sylla ſatus Sylla Fœlice parente,*	Luc 2.
	Cæſar ut adventat Pompeij caſtra relinquit.	
Publius sylla	*Publi Cæſareas partes es Sylla ſecutus.*	Luc. 6.
Sylvanus.	*Sylvarum numen portas Sylvane cupreſſum.*	ver. 1. geor
sylvia quæ & alia dicta.	*Sylvia dicta fuit genitrix tua Romule: verùm*	ovid faſt 3
Sylvia.	*Altera paſtoris Thyrrhei germana Latini.*	Ex ver, 7, æn
silvius Æneas.	*Sylvius Æneas (ab avo ſic dictus) Iüli*	AEneid. 6.
sylvii Albani reges.	*Filius, Albani ſic reges inde feruntur.*	
symætheus,	*Trinacriæ fluvius Symætheus proximus Ætnæ.*	verg 9 æn
symplegades duæ inſ.	*Euxinum iunctas cingit Symplegadas æquor.*	ovid 7 met
Synnada.	*Synnada erat Phrygiæ vetus urbs aliquando minoris.*	Claud. in Eutro
Syphax.	*Sceptra Syphax Numidū geſſit, Maſiniſſa duello hunc*	ovid 6 faſt
	Periurum ſuperat: lætos agit inde triumphos.	Iu sat. 6

Scipio

Scipio: & hinc finit coniectus carcere vitam. Clan.de rel

Syracusæ *Vrbe Syracusis Siculi gaudere capaci,* Sil.14.
Quæ licet urbs quondam sublimibus inclyta muris, sil.14
Illam expugnavit Marcellus Marte rebellem. Verg.6.æn.

Syria. *Iudææ Syria est regio vicina, minoris* Luc.3
Quæ regio est Asiæ, quà se Sol condit in undis
Vicina Ægypto est: fines sed claudit Eoos
Euphrates, Cilicum tellus cui proxima ab Arcto:
Huic Arabes hærent urget quà flatibus Auster.

syrinx nympha, *Syrinx Arcadica, in calamos mutata palustres.* Ovi.1.met

Syros. *Ionio Syros præcincta est insula ponto.* ovid.13 met

syrophoenix, *Dant Syrophœnicem Syria & Phœnicia alumnum.* Iu sat 8

syrtes duo sinus periculosi in mari Lybico, *Afra vadis naves geminis premit æquore Syrtis.* Luc.4

T A

Tabareni *GEns Tabarenorum Ponti ius fasq; tuetur:* Flac.5
Namq; virum partu mulier fovet ipsa soluto.

Tabas. *Vrbs bellare Tabas docta est in Trinacris ora.* sil.14

Tabraca. *Servabat Libye, quæ Tabraca dicitur, urbem.* Iu Sat.10

Taburnus *Luxuriant oleæ Campano in monte Taburno.* ver 2 geor.

Tænarus. *Ad Peloponnesum mons Tænarus æquore prostat,* Flac.6
Vertice habens fauces, quæ Ditis ad ostia tendunt. ver. 4 geor.

Tages. *Patre Tages Genio natus, qui primus Hetruscam* Luc 1
Edocuit gentem casus aperire futuros. ovid 15 met

Tagus Hispaniæ fluv. *Amne Tago fulvas Hispania volvit arenas.* Mar.8

Talthybius. *Talthybius præco abducit Briseïda Achilli.* Ovi.in Epist

Tanagrus *Italiæ campos fluvij rigat unda Tanagri.* Ver 3 Geor

Tanais amnis, *Europen Asiæ Tanaïs disiungit ab oris.* Lucan.3

Tantalus. *Tantale nate Iovis, Phrygiæ moderator, edendum* Ver.in AEn.
Te cretum Pelopem Dijs præbes: futilis inde Hor.1.ser
Quæris aquas in aquis, & poma fugacia captas. Ex ovid.

Tantalis

Tantalis.	*Tantalis hinc fertur Niobe, tua Tantale proles.*	ovid in epist
Taprobane.	*Insula Taprobane ſtat vaſta, remotior Indis.*	ovi. 1 pont.
Tapſus.	*Plana mari Siculo circundatur inſula Tapſus.*	ver 3, æn,
Tapſus.	*Tapſus item Libyæ urbs Romano ſanguine pinguis.*	Sil. 3.
Taranis.	*Cæde hominum Galli Taranis tibi ſæve litârunt.*	Luc 1
Tarax.	*Amne exundantur Scythicorum rura Tarace.*	Flac 1
Tarbelli.	*Ad mare Tarbellos Aquitania ſuſtinet acres.*	Luc 1
Tarchon.	*Auxilium Æneæ Tarchon dux præſtat Hetruſcus.*	Verg, 10 æn
Tarẽtum.	*Græcia magna urbem ſervas imbelle Tarentum.*	Hor Epiſt
Tarnes.	*Auriſer humectat te lymphis Gallia Tarnes.*	Auſon
Tarpeïa.	*Tarpeïa exhibuit Capitolia virgo Sabinis:*	Verg, 8. æn.
virgo veſtalis,	*Arx Romana tulit ſtulta de virgine nomen.*	Ovid. 1, faſt,
Tarquinius Superbus.	*Vltima Romulidûm geſtat rex ſceptra Superbus*	Hor. ſat, 1, 6
	Tarquinius, qui Marte potens Capitolia condit,	ver. 8 æn.
	Hic nati vitio Romanis pellitur oris.	
sextus Tarquinius, Tarquinii Superbi filius,	*Sextus Tarquinius natus genitore Superbo,*	verg 6 æn
	Intulit invitæ tibi qui Lucretia ſtuprum:	Hor. 1. Car
	Exulat hinc Roma regum truculenta poteſtas.	
Tarquinii,	*Plures Tarquinios Romæ lego ſceptra tuliſſe,*	Verg. 6. æn.
Tarraco.	*Vrbs latè Hiſpanos ditavit Tarraco fines.*	ſil. 3
Tarſus.	*Terra Ciliſſa tulit, Tarſus, quæ dicitur, urbem.*	Luc. 4.
Tartara.	*Nigra adeunt ſontes paßuri Tartara pœnas:*	verg 6 æn
	Quæ teter Stygijs Pluto moderare ſub undis:	
Tarteſſus.	*Littus ad Oceani fuit urbs Tarteſſus Ibera.*	Sil, 3
Tatius.	*Romanos contra Tatius dat iura Sabinis.*	ouid, 14 met Mar, 11.
Taulantii.	*Illyricas coluit populus Taulantius oras.*	Luc 6
Tauri pop	*Arctoum tractum Tauri coluere feroces.*	Luc. 2,
Taurus mons.	*Mons Aſiæ immenſo tollit ſe vertice Taurus*	Luc, 3
	Indorum à pelago Pharium porrectus in æquor,	Ovid, 2, Met
	Atq; Aſiam totam ſpatioſo limite ſcindit,	Tib. 1
	Vnde fluunt varij ſinuoſis flexibus amnes.	Sil, 1 1.

Vnde.

Taurus signum. *Vndecimo Aprilis Taurum Sol flammiger intrat.* ver 1 geor

Tauromini-tani. *Tauromenitanus Siculos mons asper inumbrat.* Luc 4

Tauromi-non. *Vrbs ibi Tauromenon Drepano contermina monti.*

Taygete *Pleias Taygete nympha est Atlante creata.* ver. 4 geor.

Taygetus mons Laco-niæ. *Taygetus Spartam mons alto vertice inumbrat.* Luc. 4.

T E

Teanum. *Appula gens urbem fertur coluisse Teanum* Hor. Epist

Tebisenus *Per Scythiæ campos amnis Tebisene vagaris.* Flac 1

Tegea. *Protegit Arcadiæ Tegeam Pan corniger urbem.* sta Theb 3

Telamon. *Æacides Telamon Salaminis sceptra ferebat.* ovid 13 met

Telchines *Telchines Phœbo nati sunt atq; Minerva:* ovid 7 met

Quorum oculi visu mutârunt cuncta sinistro.

Teleboæ. *Teleboa Capreis rapto vixere latrones.* ver 7 æn

Teleboas. *Teleboas Centaurus erat de nube creatus.* Ovi. 12 met

Telegonus. *Ex Circe genuit patricidam dirus Vlysses* Hor 3 Car.

Telegonum, Ausonÿs urbem qui condit in oris. ovid 3 fast

Telemachus. *Telemachum casta constat genitrice creatum* ovid, Epist.

Penelope, hæredem hunc gignit Laërtia proles. Hor. in Ep.

Telemus. *Telemus Eurymedes Cyclops ventura profatur.* ovid 13 met

Telephus. *Ex Auge Alcides suscepit Telephon, hasta* Ovid 13. me

Mysorum hunc regem leditq;, & sanat Achilles.

Tellus. *Tellurem agricolæ terrarum numen adorant.* Ouid. 1 fast.

Telmessus *Telmessus Lyciæ urbs venturis dedita fatis.*

Temese. *Ausoniæ urbs Temese rutilis præclara metallis.* Ovi. 10. met

Tempe. *Est nemus Æmoniæ, prærupta quod undiq; claudit* Ovi. 1. met

Sylva, vocant Tempe, hoc Peneï volvitur undis. Luc 8

Tenedos. *Æquoris Ægæi Tenedos contermina Troiæ* Verg. 2 æn.

Insula, terribili Troiæ protrita duello.

Tenos. *Æquoris eiusdem dicetur & insula Tenos.* ovid 7 met

Tentyris vel Tentyra. *Tentyris est fluvio clausa urbs, atq; insula Nilo.* Iu. Sa

Teos	*Vrbs antiqua Teos, qua gaudet Ionia dives:*	Ovi. 3 de art
Anacreontis poetæ patria.	*Teïus hinc lyricus vates quem ſtrangulat uva:*	Hor. in Epod
Terapne.	*Vrbs Spartana, Helenes ortu quæ nota, Terapne.*	ovi, in Epiſt
Terentius	*Te Carthago parit, docuit quem Roma, Terenti.*	Ovid. triſt.
Tereatus.	*Martis agri locus, hic Ditis fuit ara Terentus.*	Mart. 4
Tereus.	*Marte ſatus Tereus Thracum fert ſceptra: ſororem*	verg. Buc:
	Coniugis hic vitiat Philomelam: novit ut illud	Ovid. 6, met
	Progne, ſæva viro natum proponit edendum:	
	Hinc fit Epops Tereus, narrant ſi vera poëtæ.	Ovid. 6 met
Terminus	*Termine, agros, urbes & regna ingentia finis*	Ouid. 2 faſ.
	Sancte, Iovi haud cedens: cui ſacra tulere Quirites.	
Terpſichore una Muſarum.	*Terpſichore affectus citharæ movet, imperat, auget.*	ver. in opuſ.
	Amnibus ac nymphis mater Neptunia coniunx	verg. 1, Geor
Tethys.	*Tethys, quam Cælo peperit caſtiſſima Veſta.*	Ovid. 5, faſ.
Teucer.	*Scamandri Teucer natus, qui & Dardanus unà in*	AEneid. 3.
Teucria.	*Troade regnavit, cuius de nomine Troia*	Verg. 3 æn.
Teucri.	*Teucria dicta fuit, populi de principe, Teucri.*	
Teucer alius	*At Telamone ſatus, Cypri, urbem condit in oris.*	ver. æn. 1.
Teumeſſus.	*Effert Teumeſſum parvum Bœotia montem.*	ſta Theb
Teutates Mercurius apud Gall	*Humana Galli Teutati cæde litârunt.*	Luc 1,
Teuthras.	*Myſorum princeps Teuthras Pandione cretus.*	ovid in epiſt
Teutoni.	*Teutonici immanes, rapidi gens accola Rheni:*	Luc, 6,
Teutones	*Teutones illi ïdem, Germania Teutona tellus.*	Claud de bello Get.
Teutoſagi	*Teutoſagi quondam, Belgæ nunc ritè feruntur.*	Auſ. de cla. urb.

T H

Thaïs.	*Stulta Menandreæ meretricis amore iuventus*	Mar. 3 & 15
	Thaïdis immenſos ſumptus exhauſit Athenis.	proper 3
Thales.	*Erudïjt Graios ſapientis dogma Thaletis.*	Iu. Sat. 15
Thalia.	*Comica laſcivo gaudet ſermone Thalia.*	verg. Epig.
Thamyras,	*Thrax Thamyras vates, Muſas ſuperare canendo*	ovid, de ar

Dum

Dum ſtudet, ipſe lyra priuatur luminibuſq;. ovid, in lb.

Thapſus. *Plana mari Siculo circundatur inſula Thapſus.* ver, 3 æn,

Thaſus. *Æquoris Ægæi Thaſos inſula fertilis uuis,* Stat Theb. 5

Thaſii. *Marmoribuſq; habitant Thaſii regionis in oris.* Ver. 3 Geor

Thamantias *Electræ proles fertur Thamantias Iris* ver. 9. æn.

Thaumantes. *A patre Thaumante, hæc Iunonis nuntia magnæ.* Sta. ſil 1

Theate. *Italiæ urbs quondam viguiſſe Theate putatur.* Sil. 8,

Thebæ. *Vrbs Cilicum Thebæ, quondam tibi patria coniunx* Ou. 3, de art

Thebaïs *Hectoris Andromache, quæ Thebaïs inde vocata es.*

Thebæ *Vrbs Thebæ Ægypti centum ditiſſima portis.* Iu Sat. 15

Thebæ. *Quam ſtruxit Cadmus Bœotia continet urbem:* sta, 1 Theb,

Hanc tamen extructam non unus ab Ogyge dicit. Ver, in AEt,

Thebaïs *Fraternas acies bis ſex vigilata per annos* sta, 1 Theb

opus Statii. *Thebaïs expreſſit Statii præclara poëſis.* sta Theb 12

Themis fatidica, *Cælo Terra Themim peperit ventura canentem.* Ovi, 1, met

Theodorus. *Egregius Samii ſculptor Theodore fuiſti.* Mar, 5

Thera. *Æquoris Ægæi Thera inſula cingitur undis.*

Therapnæ *Spartani celebrem vicum coluere Therapnas.* sta Theb 8

Thermæ *Iuxta Æquor Thermas tulit urbem Trinacris ora.* Sil. 14,

Thermodoon vel Thermodon, *Thermodoonta agilem Cappadocia porrigit amnem.* ver. in æn

Thermopylæ *Thermopylas longum medio fert Græcia montem.* Catul.

Thermus prætor, *Cæſar ut adventat te deſerit Vmbria Thermus.* Luc 2

Therſander *Therſandrum Polynice ſatum tegit alvus equina.* verg. 2, æn

Therſilochus. *Therſilochum Danaï ſternunt Antenore cretum,* Verg, 6. æn.

Arma ad tartareas perhibent quem ferre per oras. Ovid 13. me

Therſites. *Therſites Graius, quo non deformior alter:* Iu ſat 8

Hunc iracundus pugno proſternit Achilles.

Theſeus. *Theſeus Ægides (pater Attica ſceptra ferebat)* verg 6. æn

Herculis immenſos nixus perferre labores, ovi. 7. met

Enſe Creonta necat: debellat Amazones, inde

Reginam Hippoliten raptat: dehinc robore taurum ovid 7 met

Opprimit immenso, Minotaurumq; trucidat:
Scironem atq; Schinin sternit, sævumq; Procrustem
Latrones: Thebas, Centauros Marte fatigat:
Hinc Cereris natam repetitum adit infera regna. Verg, 6 .æn.

Thesides. *Vatibus Hippolitus Thesides dicitur inde.*

Thespiades a Thespis urbe Bœotiæ *Thespiades Musæ dicuntur Hyantia ab urbe.* Ovid. 5, met

Ignotum Tragicæ genus invenisse camœnæ Hor. de art.

Thespis *Dicitur, & plaustris vexisse poëmata Thespis,*
Quæ canerent agerentq; peruncti fæcibus ora.

Thesproti populi *Thesprotos regio Epiri Thesprotia præbet.* Luc. 3

Thessaliæ descriptio quæ est regio Græciæ. *Thessaliam, qua parte diem brumalibus horis* Sil. 15, Luc, 6,
Attollit Titan, rupes Oßea coërcet: Luc. 3
Cùm per summa poli Phœbum trahit altior æstas, Tib. 2
Pelion opponit radijs nascentibus umbras: Clau, Ruf.
At medios ignes cœli, rapidiq; Leonis Ovi. 1. pont.
Solstitiale caput nemorosus summovet Othrys: Claud de rap.
Excipit adversos Zephyros, & Iapyga Pindus. ovi. 7. met
Et maturato præcidit vespere lucem:
Illa à Bœotum Macedûm disterminat oras.

Thessalonica *Thessalonica alias Macedûm supereminet urbes.* Cla in Ruf 2

Thestius *Plexippi genitor Parthaone Thestius ortus:* Ovid. 8. met

Thestiadæ *Thestiadæ natæ hinc Althæaq; Thestias inde,*

Thestor. *Thestorides fertur Calchas patre Thestore natus.* ovid. 12 me

Thestorides *Nereo creta Thetis Peleï quæ principis uxor* ovid 11 met

Thetis *Æmoniæ, peperit præcelsi cordis Achillem.*

Theodamas. *Theodamanta necas Alcidæ bella moventem,* ovid in Ib

Theodamas *Quo generatur Hylas, haud ille Melampode natus.* sta, 4 Theb

Thisbe. *Pyramus ardebat Thisben Babylonius, atquì* ovid 4 met

Thisbe *Alter ob alterius damnum se occidit uterq;.*
Graia Dionæis avibus circumsona Thisbe urbs. Stat Theb. 7

Thisse. *Trinacris ora tulit, Thisse, quæ dicitur urbem.* sil, 14

Taurica

Thoas. *Taurica regna Thoas regit: hunc occidit Oreſtes.* Ovi.3, pont.

Thoas. *Sceptra Thoas alter fert Lemni, cretus Iaccho.* Ovi.in Epiſt

Tholoſa. *Diſcere iura licet Gallorum ex urbe Tholoſa.* Auſon. de cla urb

Thooſa. *Phorci nata Thooſa fuit Polyphemia mater.* Hom Od, 1

Thraciæ regionis deſcriptio. *Europæ regio Thracum vaſtiſſima Ponto* Verg.3 æn

Quà matutinus radijs ſe Phœbus Eoo verg, 12 æn

Thraces. *Exerit Oceano iuncta eſt: qua Phœbus in undas* Luc,1.

Ingreditur, latè Macedûm regionibus hæret: ovid 4.pon.

Hanc rigat Iſter aquis gelidam, quà tendit in Arcton: Hor.3,Car

Quà Phœbus cæli medios, ſe tollit in orbes, Clau. Ruf.

Æquoris Ægæi regio pulſatur ab undis. Sene trag

Thraſeus augur. *Buſirim Thraſeus docet arva rigarier imbri* Ovi.3 de art

Hoſpitibus cæſis: primus cadit hoſpes ad aras.

Thraceas philoſophus *At ſophia imbutus perit occidente Nerone.* Mart. 1,

Thraſymenus. *Irrigat arva lacus lympha Thraſymenus Hetruſcûm,* Ovid.6,faſt,

Conſul Flamminius Pœnorum ubi ſternitur armis. ſil.5,

Thule. *Magnanimis Thule ſubiecta eſt inſula Scotis,* Sene. Tra 7

Quam Maro Cæſaribus magnum parere putabat: verg.1, geor

Orcadicos ultra fines hæc tendit in Arcton. Claud de bello Get. Iu. 15,

Thryon. *Alpheum ad fluvium Thryon urbs Argiva vigebat.* Sta. ſil 3

Thurion. *Græcia magna tulit, fertur quæ Thurion, urbem.* ſil.15 Ovi. 15.met

Thuſcia. *Thuſcia dicta hic eſt, quæ fertur Hetruria ſuprà,* Ovid.7. met

Fertilis à Latio Tiberis quam ſeparat unda. Luc,1 vergil

Thuſſagetæ *Thuſſagetæ in Scythia rapto vixere prophani.* Flac 6

Thybris. *Æneam Latij Thybris comitatur ad oras:* ovi. 4 pont. verg. 10 æn

Sic quoq; dictus erat qui ſceptra ferebat Hetruſcûm, ver,8, æn

Thybris *A quo dixerunt fluvium cognomine Thybrim.*

Thyjades. *Sacra olim tulerant ad Bacchi Thyiades aras.* ſtat Theb 5

Thyaſus ſaltatio, *Inſtituit Daphnis Thyaſos inducere Baccho.* Ver. in Buc,

Thyeſtes Atreo patruo vitiat hinc occiditur, *Atrei germanum Pelopi Hippodamia Thyeſten* Ovi.15,Met

Procreat, uxorem qui fratris ſtuprat: at Atreus

tur Plisthenes, vide Atrope,	*Huic natum apposuit truculentiùs interfectum:*	Sene. Tra 2
	Id scelus horrescens Phœbus retroisse putatur.	Luc 1,
Thymbrus	*Ex Latiis Thymbrum Pallas patris ense trucidat.*	verg 10, æn
Thybræus a Thymbra	*Troadis à campo fertur Thymbræus Apollo.*	verg .3 æn,
Thymele.	*Delecta Thymele saltatrix Domitianum.*	Mart. 1,
Thymœtes.	*Infœlix Priamo produxit Arisba Thymœten,*	Verg. 2 æn
	Troianum qui primus equum iubet arce locari.	
Thyre.	*Thyre urbs Spartana est belli madefacta cruore.*	sil. 15
Thyrsagetæ.	*Thyrsagetæ in Scythia rapto vixêre prophani.*	Flac. 1

T I

Tiberis vel Tyberis.	*Ex Apennnino Tiberis clarissimus amnis*	Hor 1 Car,
	Italico de monte fluens, seiungit Hetruscos	Ver, 1, Geor
	Finibus à Latiis: dehinc Romæ proluit oras.	Ovi. 2, fast
	Tibris item fertur cui primùm erat Albula nomen.	ver. 8, æn
Tiberinus a quo Tiberis dictus.	*Qui Capeto satus est Tiberinus rexerat Albam:*	ver 8, æn,
	Hic fluvio mersus Tiberi sua nomina linquit.	ovid fast 2
Tibullus.	*Culte Tibulle elego describis carmine amores.*	ovid. 1 amor
Tibur urbs.	*Haud procul à Roma Tibur coluere Sabini.*	Hor, in Epist
	Mœnia Catyllus cuius struxisse putatur.	verg. 11 æn
Ticinus	*Italiæ, Ticine, Padum fluis amnis in amnem.*	sil. 9,
Tigillinus	*Prava Tigillinus persuaserat usq; Neroni.*	Iu sat. 1.
Tigranes.	*Maiorem Armeniam Tigranes rexerat olim,*	Luc, 2
	Ille ad Pompeï cecidit vestigia supplex.	
Tigris.	*Proluit Armeniæ violentus Tigris arenas,*	Ver. in Buc,
	Euphrates strepitu ferturq; bicornis in undas.	Luc. 2
Timavus.	*Arva rigans Venetûm dum fluctuàt unda Timavi:*	Hor, 5, Car Verg. 1 æn
	Leniter Adriacas undas petit Alpibus orta.	Luc 7
Tingis.	*Æquor ad Herculeum est urbs antiquissima Tingis.*	
Tinia fluv.	*Vnda fluit Tiniæ limosi in Tibridis undas.*	Sil. 8
Tiphys.	*Arte ratem Tiphys rexit, qua vectus Iason.*	Flac, 1 Ovi, 1, pont.

Tiresias

Tiresias vates modò vir, modò fœmina, cæcum Ovi 13.met
Reddidit hunc Iuno, quòd plus stimulare ferebat stat Theb 3
Fœmineum sexum, quàm nos, incendia luxus. Iu. 13.
At Pater omnipotens illi pro lumine adempto,
Scire futura dedit, pœnamq; levavit honore. ovid. 3. met

Tiryns. *Urbs quondam Tiryns Argivo fortis in agro:*

Tirynthius *Hinc fuit Alcides dictus Tirynthius heros.* ver 8 æn.

Tisiphone *Tisiphone, Alecto furiæ sunt atq; Megæra.* Hor.

Titan. *Qui Cælo genitus Titan Saturnius ille* ver. 6 æn.

Titanes. *Frater, Titanes fertur genuisse gigantas.* Luc, 1.

Titan Sol *Quoq; satum perhibent tibi Sol Hyperiona patrē: hinc* ovid. 1 met,
Dicere Sol Titan ambis qui flammiger orbem:

Titanis. *Dicta hinc Titanis lucet quæ Cynthia nocte.* stat.

Titaresius *Monte fluens Titaro Titaresus Thessalus amnis,* Luc. 6
vel Titaresus *Gurgite Penei pro siccis utitur arvis:*
Hunc prohibent Stygiis manare paludibus amnem.

Tithonus. *Laomedonte satum dignare Aurora cubili* verg. 1. geor
ver. 4. æn
Tithonum, reddit parvum quem longa senectus: Hor. 4 Car.
Hinc aurora præit Phœbæos lumine cursus.

Titii. *Auguriis Titij Phœbum celebrare solebant.* Luc, 1

Tityrus *Tityre Virgilium notus reddere legenti.* vergil Bucol

Tityus. *Terra Iovi nutrit Tityum quem Phœbe trucidas,* verg 6 æn
Tartariis avibus qui viscera tradit edenda. Ovi, 4. met

T L

Tlepolemus. *Hercule Tlepolemum Sarpedon straverat ortum.* Ovid, Epist.

T M

Tmolus. *Sardibus incumbit mons, quem dat Lydia, Tmolus,* Ver. 1. Geor
Hinc Pactole fluens rutilas convolvis arenas. Sen. in Theb

T O

Tomarus. *Fontes Thesprotûm Tomarus mons fundit amœnos.* Clau. in Pa.

Tomos. *Nota Tomos Ponti Nasonis versibus urbs est.* Ovid, 1 trist.

Tomitæ, Tomitani.	*Vrbe Tomitani gaudebant, ſive Tomitæ.*	ovid 1 Triſt ovid 4 Triſ
Tomyris.	*Sanguinolenta regit Tomyris regina feroces*	Tibul
	Maſſagetas, cæſo gaudet quæ illudere Cyro.	
Torini pop.	*Meldi tat Torinos iuxta Mæotidos oras.*	Flac 1
Torquatus.	*Tarpeïæ cuſtos arcis Torquate fuiſti,*	ver, 6, æn
	Qui natum cædis, ſpoliatis hoſtibus, acrem.	Verg, 8, æn

T R

Trachin ſive Trachis	*Theſſaliæ urbs Trachin Oetæ contermina monti:*	Luc. 6
	Quam rexit Ceyx, dictus Trachinius inde	ovid, in met
Trallis.	*Vrbs Aſiæ Trallis Mæandrum interq; Caïſtrum.*	Iuven. saty, 3
Trebatius	*Te Tulli monumenta ornant, Romane Trebati.*	Hor,
Trebia,	*Ex Apennino Trebia exit Gallicus amnis:*	sil. 4
	Hic te Sempronii proſternit Pœnus in armis.	Luc. 2
Trebonius	*Cæſaris in cædem conſpiras ſæve Treboni.*	Hor
Trebula.	*Trebula in Italia urbs, illam coluere Sabini.*	Mar. 4
Treviri.	*Haud procul à Belgis coluit te Gallia Trevir.*	Luc 1,
Treviris	*Treviris urbs quondam viguit iuxta oſtia Rheni.*	Auſ. de cla. urb.
Trieterica.	*Solverunt veteres Trieterica feſta Lyæo.*	Ovid. 9 met
Tricaſtini,	*Gallica rura Tricaſtini coluere feroces.*	sil 3
Trinacria quæ & ſicilia dicitur,	*Inſula Trinacria eſt, Triquetra ſignata figura.*	Ovid. 2 faſt
	Tirrheni ponti, Heſperiæ contermina regno.	Vergil. 1, æn ver 3, æn
Triochala	*Servili urbs Triquetræ vaſtata Triochala bello.*	Sil, 14.
Triones.	*Stellis bis ſeptem geminos ſignato Triones,*	Ver. 1, æn,
	Quos Aquilo retinet, duplicem vocitamus & Arcton.	Mar 6
Triptolemus.	*Triptolemus puer eſt unci monſtrator aratri,*	Ver. 1. Geor ver. de cul
	Dilectus Cereri, quem gignit Eleuſius heros.	
Triton.	*Neptuni proles Triton movet æquora cantu:*	Ovid, 2, Met
Triton.	*Sic lacus eſt dictus Libyæ: hinc Tritonia Pallas.*	ver, 2, æn
Trivia.	*Vatibus ore triplex Trivia eſt vocitata Diana.*	verg. 6, æn
Troas.	*Eſt Aſiæ regio Troas Phœbæa minoris:*	ver. in æn

Troia

Troja. *Troia eadem fertur: Priami hic ſtetit ardua quondam*
Regia, magniloquis multùm celebrata poëtis. ovid, Epiſt

Troes Troades *Hanc coluere plagam Troëſq; & Troades alma.*

Trojugenæ Teucri *Illi Troiugenæ, Teucri quoq; ritè feruntur:*
Multa quibus vates à rebus nomina fingunt. verg. æn.

Trœzen. *Vrbs Træzen Graia, hinc Theſeus Træzenius heros.* Ovid, 5. met

Trœzen. *Alteram ad Iſtrum amnem ſer Trœzen Teutonis ora.* Ovid, 4, de Pont

Troïlus. *Qui Priamo ſatus eſt amiſſis Troïlon armis* ver. 1. æn.
Congreſſu haud æquo violentus ſternit Achilles.

Tros. *Natus Erichthonio Tros eſt, Phryges ille regebat:* ovid 4 Faſt
Hinc Troas regio, Troës quoque nomina ducunt. ver, 3 Geor

T V

Tucca. *Tucca recognovit, Varus quoq; ſcripta Maronis.* Mar. 6

Tudertis. *Vrbs Hetruſca fuit Tiberi vicina Tudertis.* Sil. 4

Tullia ſervii 6. Roman. regis filia, *Tullia calce patrem trivit, tua Sponſa Superbe.* Ovid. in Ib.

Tullus Hoſtilius *Tullus Marte potens rex tertius ille Quiritum,* verg 6 æn
Sumere qui docuit gentem ſæva arma togatam. Sil. 8,

Turanus. *Muſa eſt Turani Tragicis innixa cothurnis.* Ouid 4 pon.

Turnus. *Dauno crete ferox Rutulorum ductor in armis* verg 11 æn
Turne, ſed Æneæ Troiani ſterneris enſe. verg. 12 æn

Tuſcia. *Tuſcia dicetur quæ fertur Hetruria ſuprà* Luc 1
Fertilis, à Latio dirimit quam Tibridis unda. verg. 1. geor

Tuſculum *Telegone in Latio benè Tuſcula mœnia condit.* Sil. 7

T Y

Tyana. *Tauri ad radices fuit urbs aliquando Tyana.* ovid. 8, met

Tychius. *Arte faber Tychius clariſſima conficit arma.* ovid 3 Faſt

Tydeus. *Tydeus Oenides Menalippo fratre perempto,*
Oenei regis Calydoniæ filius. *Argivûm qui ſceptra tulit petit exul Adraſtum:* Stat, theb.
Hinc Etheoclem adiit Thebarum ſceptra ferentem

Legatus,

Legatus, fratri Polynici ut iura reſervet:
Cædere ſe nixos decies ubi quinque trucidat.

Tydides. *Quo patre, Tydida Diomedes nomen habebat.* ver. 1, æn,

Tymœtes. *Infauſtum Priamo produxit Ariſpa Tymœten* Vergil. 2, æn
Troianum, qui primus equum iubet arce locari.

Tyndaridæ. *Tyndaridæ gemini Caſtor Polluxq; feruntur,* ovid. 8, met

Tyndarus *Quos parit Oebaliæ princeps tua Tyndare coniunx:*

Tyndaris. *Tyndaris hinc Helene Leda genitrice creata eſt:* verg. æn. 2,

Tyndaris. *Trinacriæ ora tulit fertur quæ Tyndaris urbem.* sil. 14

Typhœus. *Titano natus Terra genitrice Typhœus,* Luc 4
Immani feritate gigas, Iovis ignibus ictus: Ver. 1, æn.

Typhon. *Vatibus ille etiam Typhon aliquando vocatus.* Verg. 9. æn. Ovid. 2 faſt

Tyra. *Mons Tyra procumbit Scythiæ præruptus in æquor.* Flac 1

Tyras. *Sarmatis unda Tyras Euxinum illabitur æquor.* Ouid 4 pon

Tyro, *Theſſala virgo fuit Neptuno tradita Tyro.* prop 7

Tyrrheni. *Tyrrheni Italiam coluere, feruntur Hetruſci* verg. 7 æn
Qui ſuprà: à Latio dirimit quos Tibridis unda:

Tyrrhenum mare. *Hos propè Tyrrhenum turgeſcit fluctibus æquor.* ver, 1, æn

Tyrrheus. *Cuſtodit regis Tyrrheus armenta Latini:* Verg. 7, æn
Hic inter Teucros movit Latioſq; Duellum.

Tyros. *Vrbs Phœniſſa Tyros, magni maris inſula quondam:* ver, 1, æn

Tyrii. *Hinc te, Carthago, Tyrij tenuere coloni.* verg 1. æn

V A

Vaca. *VRbs Vaca erat Libyes, Vticæ vicina celebri.* sil 3

Vacuna. *Ocia carpentes Divam coluere Vacunam.* ovid 6 faſt

Vagedruſa, *Trinacriæ Vagedruſa undis rigat amnis arenas.*

Vageni. *Alpitias inter rupes manſere Vageni.* Sil, 14.

Vãgiones. *Gallia Vangiones aluit, quæ Belgica fertur.* Luc 1

Varius. *Deſævit Varius tragica Romanus in arte.* hor 1 ſerm.

Varus. *Italiam à Gallis ſecernes flumine Varo.* Luc 1

Scripta.

	Scripta recognôsti cum Tucca Vare Maronis.	ver in Buc.
Varus a partibus Pompei.	*Magno hærens Varus, Caio aduentante profugit.*	Luc 1
Vascones	*Vascones amplexa est populos Hispanica tellus:*	Iu sat, 15.
	Quos miseranda fames premit obsidione Metelli.	
Vaticanus.	*Mons Vaticanus Tiberi conterminus amni.*	Mar. 6
	V C	
Vcalegon	*Troïus Vcalegon senio non arma capessit.*	ver, 1 æn
	V E	
Vectones.	*Vectones tulerat populos Hispanica tellus.*	Luc, 4
Veii.	*Haud procul à Roma tulit urbem Hetruria Veios.*	Hor, 1 ser
Vejuppiter vel Vejovis.	*Veiovis irati numen coluere Quirites,*	ovid 3 Fast
	Spicula gestantis cuius timuere furorem.	
Velabrum	*Romæ in Velabro venduntur digna palato.*	Hor. 1. ser
Velia urbs	*Italicæ Veliæ Phocenses mœnia condunt.*	verg 6 æn
Velitræ urbs.	*In Latio Volsci celebres coluere Velitras.*	Sil. 8,
Venafrum	*Luxuriare oleis solet urbs Campana Venafrum.*	Hor, 2 Car,
Veneti.	*Italiam Venetûm Troiano à sanguine creta*	Luc 4
	Gens colit, Adriaco plaga quæ contermina ponto.	Sil. 8
Venilia.	*Fauno sponsa fuit, tua Turne Venilia mater.*	Verg, 10 æn
Venulus Turni legatus.	*Mittitur à Turno Venulus Diomedis ad urbem,*	Verg. 10. æn
	Qui petat auxilium Troianos pellere regno.	
Venus.	*Orta maris spuma geminorum mater amorum*	ovid 4 fast
	Alma Venus, tunè illa Iovis pulcherrima proles?	verg. 1 æn
	Æneæ genitrix iucundi numen amoris.	ver, 4 æn
	Quatuor enumerat Veneres natura Deorum.	
Venusia.	*Vrbe Venusina veteri gens Appula gaudet.*	Iu sat. 6
Vercellæ.	*Vercellæ Italiæ urbs Taurinæ proxima genti.*	Sil 8
Vergiliæ.	*Vergiliæ septem rutilant ad cornua Tauri.*	Proper 2
Vergilius.	*Vergilius vates, Latialis gloria regni,*	Hor 1 ser
	(Mantua quo celebris) Maia atq; Marone creatus:	ovid 4, Trist
	Phœbus ut exuperat Phœben, Phœbeq; minora	Ovi. in Epist

Sydera,

	Sydera, ſic reliquis præluxit vatibus ille,	sta Theb 12
	Tityron, & ſegetes Æneïaq; arma canendo.	ovid. 1 amor
Verona.	*Protulit urbs vatem Latij Verona Catullum.*	ovi, 3 Eleg
Verres.	*Trinacriam Verres expilat Prætor avarus.*	Iuven 8.
Vertumnus Deus Latialis.	*Verſus es in varias numen Vertumne figuras:*	Ovi, 14, met
	Pomonam aſſequeris, forma contectus anili.	
Veſevus.	*Flammivomo gaudet Campania monte Veſevo,*	verg. 2. geor
Veſuvius.	*Rupibus exeſis: fertur Veſuvius idem.*	verg. 7, æn Mart, 4
Veſta.	*Numine virginibus præerat Saturnia Veſta:*	Ver. 1, geor.
Veſtales virgines læſi pudoris damnatæ, vivæ defodiebantur.	*Ignem perpetuum cui ſervavere puellæ*	Ovid, 6. faſ,
	Veſtales: Romam Teucri quæ ſacra tulerunt:	Verg. 2 æn
	Quæ Veſtæ inſervit laſi damnata pudoris	
	Viva dabat pœnas, triſti deſoſſa ſepulchro.	
Veſtini.	*Veſtini Italiam, prope vos, coluere, Sabini.*	Mar, 14.
Veſulus.	*Finibus in Ligurum Veſulus mons piniſer, altas*	Sil. 8 verg. 10. æn
	Iuxta Alpes: fluit unde Padus clariſſimus amnis.	
Veſuvius.	*Flammifer in campos mons dat Veſuvius umbras*	Mar 4
Veſuvius.	*Campanæ ad Nolam: fertur quoque Veſuvius idem.*	Flac. 3
Vetones.	*Vetones aluit populos Hiſpanica tellus.*	Sil. 3
Vetulonia	*Serviit urbs quondam priſcis Vetulonia Tuſcis.*	sil 8
	V F	
Vfens.	*Vfens Italicas humectat flumen arenas.*	ver. 7, æn
Vfens dux Æquicolarum.	*Turno Vfens dat opem, Teucrorũ hinc ſternitur armis.*	ver 12 æn
	V I	
Vienna.	*Vrbs manet Allobrogum Rhodano coniuncta Vienna.*	Mar, 7
Vindelici.	*Vindelicos regio populos Germania ſervat.*	Mar 9
Virbius.	*Qui priùs Hyppolitus, nunc fertur Virbius idem.*	vergil 7 æn,
	V L	
Vlubræ	*Quæ regio Italiæ, Cæſar nutritur Vlubris.*	Hor, in Epiſt
Vlyſſes.	*Laërtæ proles, Ithacæ rex, dirus Vlyſſes:*	Ovi in. Epiſt
	Hic belli Iliaci rebus iam ritè peractis,	Ovi, 13. met verg. 3 æn.

Per

Per maria erravit iactus bis quinque Decembres: ouid, 14 met
Atq; ubi iam patrias lentus pervenit ad oras,
Coniugis ense procos mendici tectus amictu
Vlysses à Telegono filio occisus. *Sternit. Telegonus patrem hinc errore trucidat.*
Carmine fata huius sublimi pandit Homerus Hom in Od

V M

Vmbria regio olim 300 urbium. *Italiæ regio præruptis montibus horret* Luc 2
Vmbria, ter deciès denis orbem urbibus auxit, sil 8
Vndus Adriacas qua & terminat Appenninum.

V O

Vocontii. *Gallorum fines prisci coluere Voconti.* Sil. 3.
Vogesus. *Gallia habet montem Vogesum, quæ Belgica fertur.* Luc 1
Volsci. *Volscorum gentem Latialis sustinet ora.* Ver. 2. Geor
Volturnus *Italicas, Volturne, vadis convolvis arenas.* Ex ver, 7. æn.
Volusius poeta ineptus, *Quos canis indoctè Volusi Patavine, Quiritum* Catul. de Smyrna.
Annales, annos meritò tersisse feruntur. sil 8.
Vomanus *Picenum regio est fluvio humectata Vomano.* sil 8

V R

Vranie. *Vranie cæli motus scrutatur & astra.* verg. Epig.

V T

Vtica. *Vrbs Vtica est Libyæ letho celebrata Catonis.* Luc. 6.

V V

Vulcanus Iovis & Iunonis filius. *Ignipotens Vulcane, pater te summus ab alto* Ovid 7 met
Membra tua exosus deformia torsit Olympo.
Excepit casu claudum quem Lemnia tellus:
Cudis & arma dijs, & fulmina dira Tonanti: Ver. in AEt,
Quem sprevit Pallas, Venus est dignata cubili. Iu sat 8 verg. in Buc
Vulturnus qui & Eurus *Spirat Vulturnus brumali solis ab ortu.* ver, 7 æn,
Vulturnus *Vrget Vulturnus Campanas flumen arenas* ver. æn, 7.
Amne rigans Capuam: Cumis hinc tendit in æquor. Luc 2 Sil. 8

Oceano

X A

Xantho nympha Xantippe.
OCeano peperit Tethys Saturnia Xantho. verg.3. geor
Garrula Xantippe divini Socratis uxor.

Xantippus. Marte potens Xantippe Lacon dum castra tueri sil.4
Pœnorum satagit, Romano sterneris hoste.

Xanthus. Troianas rapidus convolvit Xanthus arenas. Verg. 1. æn

X E

Xerxes. Dario genitus Persarum sceptra ferebat Luc 2
Xerxes: hic Graijs numeroso milite bellum
Intulit: ast illi Mavors terraq; mariq;
Infœlix, luxu miserabile finijt ævum.

Z A

Zacynthos
AEquore in Ionio iacet insula parva Zacynthos. ver.3.æn.
Zama. Vrbs Libyes Zama, ubi superavit Scipio Pœnum. Sil.3.
Zancle. Vrbs in Trinacria Zancle, hinc Zanclæa Charybdis. ovid. 15 me Ovid.4. fast.

Z E

Zephyrus. Vere teget Zephyrus, rami quo flante virescunt. ver 1 geor.
Zeno. Docte Zeno agnoscit te Stoïca secta magistrum. Mar 9
Zetes. Est Orithyia Zetes Boreaq; creatus. Ovid 7 met
Zethus. Zethe Iovis proles, Thebarum sceptra tulisti, Hor in epist
Movisti qui saxa locis dulcedine cantus.
Zeugma. Zeugma prope Euphratē Syriæ urbs, ubi ponte catenis Sta.Sil.3
Iuncto, Pellæus princeps supra exijt undas.

Z O

Zoilus. Zoilus invidia famæ detraxit Homeri. Ovid de Rem.am. 2.
Zoilus hinc fertur livor quemcunq; perurit. Martial.
Zoile ne carpas nostros, ingrate, labores.

FINIS.

AD THOMAM IACCHÆVM, HVIVS ONOMASTICI AVCTOREM, HERCV. LIS ROLLOCI EVLOGIVM.

TE, *Iacchae*, probamus & ſtupemus,
Per jejunia poſſe Propriarum,
Et ſaxa, & ſalebroſa dictionum
Teſqua, incedere greſsibus ſuperbis;
Domantem ad numeros novem Sororum,
Verba obſtantia Romulo canori;
Et voces modulis minùs ſequaces,
Sub jura et juga carminis prementem.
Obſtupeſcimus & probamus, inquam,
Te unum, tot pariter vetuſtiorum
Ingentes Onomaſticôn labores
Tam fœliciter unico libello
Clauſiſſe, et ſolito minùs loquaces,
Et caſſos maculis, magiſque caſtos,
Et penu locuplete ditiores;
Libello lepido, probo, pudico,
Venuſto, nitido, polituloque,
Iucundo, facili, brevi libello,
Docto, multiplici, laborioſo;
Quàm multâ tibi lucubratione
Parto, commoda tot parante pubi
Labra Pegaſeo lacu lavanti.
Devincti veteres tibi Poëtæ
Hoc ſunt nomine, quotquot et Poëtas
Evolvunt juvenes novi vetuſtos.
Et Caledonius fatetur orbis
Te dignum patria dediſſe civem,
Gentis gloria quo tuæ perennet.
Quin idem titulos (ratum ſit omen)
Diffundes operâ tuos eâdem,
Victurus tibi mortuo ſuperſtes.

Hadr. Damman à Bisterveldt, professor Histor. Regius, in
Thomæ Iacchæi Caledonis Onomasticon, ad
poetica lectionis studiosum.

IN Graio quidquid, Latio vel quidquid in omni
Orbe legas, Divæ quod cecinêre novem:
Nominibus certè propriis, Iacchæus in unum
Digessit verbis, exposuitque metris:
Admiranda rei brevitas, huberrima lucis:
Aonium ad fontem quæ tibi pandit iter:
I, puer, & facili sacra ad fastigia clivo,
Molliculum hâc poteris (me vide) ferre pedem.

IN THOMÆ IACCHÆI ONOMASTICON POÆTICVM PATRICII SHARPII EPIGRAMMA.

Si iuvat Aonios saltus, & visere colles
Pieridum, & sacros Musarum accedere fontes,
Chare puer, tibi monstrat iter Iaccheus apertum.
Interea ne longa viæ tibi tædia surgant,
Specta urbes, specta manantes fontibus amnes.
Atque animum pascant veterum monumenta virorum.
Sunt hic & res gestæ, & facta illustria: mentem
Imbue notitia rerum, nec nuda putato
Verba dari: comes adde gradum, teretesque per annos
Adsuesce, & tandem cinget tua tempora laurus.

AD ONOMASTICI AVTHOREM, AMI-cum ſuum veterem integerrimum, Andreas Melvinus invitis Muſis & indignante Apolline.

Mæonidi Maro ſurripuit bene multa: Maroni
Surripis atque aliis omnia: major uter?
Furtivas miramur opes; miramur & ipſas
Anguſto hoc claudi carcere Pieridas.
Ipſæ indignantur nobis authoribus actum,
Ne cœlo valeant liberiore frui.
Hinc eſt quod faciles mihi quondam in carmina Muſæ
Quæ fuerant, nunc ſint difficiles adeò.

IN THOMÆ IACCHÆI ONOMASTICON THO. CRAIGI CARMEN.

CLara Gigantæi vivat quòd fama triumphi,
Quòd ſuperas teneant Mars & Apollo domos.
Æolus in nimbis regnet, Neptunus in undis,
Priſcorum legimus quòd monumenta ducum:
Quòd ſua nec fluvijs, neq; ſtagnis numina deſint,
Floreat & proprijs Vrbs Regioq; notis.
Quòd grex Nereïdum fluctus, iuga montis, Oreas,
Quòd liquidos fontes cærula Naïs amet.
Quòd Dryadas ſylvæ, facileſq; ad furta Napæas,
Quòd Faunum & Satyros, avia rura tegant.
Et quæ pretereà vates meminere priores

Huic uni debent ſæcula noſtra libro.
At vos, ô Iuvenum præſens venturáq́ turba,
Phœbea authoris cingite fronde comam.
Spargite purpureos quà fert veſtigia flores,
Tam breue qui Famæ ad limina monſtrat iter.

De eodem Tetraſtichon, reſpondens initio Odæ Horatianæ, Bacchum in remotis carmina rupibus &c.

Vt tibi credamus, quæ ſcribis viſa, fidemq́
Romana ô fidicen ut mereare lyra:
Non fuit ille bibax docuit qui carmina Nymphas
Rupibus in ſummis, noſter Iacchus erat.

FINIS

Errata ſic corrigito.

PAgina decima linea decima lege Albunea. pag. 14. l. 19. Amynta. pag. ead. l. 21. l. eſt. pag. 30. l. 20. l. fauces. pag. 35. l. 23. l. celebris. pag 39. l. 31 l. impellit pag. 59. l. 8. leg. aluit. pag. 69. l. 12. lege ſtagno. pag. 74. l. 2 leg. delicuit. pag. 80. l. 7. deeſt eſt. Pag. 85. l. 5. lege fatis. pag. ead. l. 10. lege fuit. pag. ead. l. 24. lege Rutuli. pag. 88. l. 21. lege orans. pag 91. l. 20 lege Artmiſia. pag. 92. l. 21. lege patre. pag. 93. l. 27. lege Menœtiades. pag. 95. l. 5 lege Mevania. pag 96. l. 3. lege quinque. pag. ead. l. 25 lege imitator pag. 99. l. 20. lege Nemeæam pag 103. l. 1 lege ac. pag ead. l. 21. leg. Oiclus. pag. ead. l. 27. lege verſus pag. 110. l. 10 lege humero. pag. 116 l. 25. lege ſererent. pag. 123 l. 5. lege potens. pag. 131. l. 8. lege petiit. pag. ead. l. 30. lege deamando. pag. 134. l. 3. lege Suſana Sarmaticis urbs muros tollit in oris. pag. 139. l. 20. lege Capadocia. pag. 142. l. 5. leg. delectat. pag. ead. l. 26. lege Euphratis. pag. 143. l. 23. lege Tartareis. Puncta hic paſſim negliguntur.